i patena. i calice. oblatões. i. hoſtias inferre
⁊ diſponere i altari. cõponere etiã. i. ornare
mẽſam dñi. i. altare. atqꝫ veſtire. crucem fer
re puta i ꝓceſſionibꝰ. ⁊ p̄dicare. i. leḡe euan-
geliũ. ⁊ aplm̃. i. epl'am puta ſubdiacono de
ficiẽte. Nã ſic lectoribꝰ vetꝰ teſtamẽtũ. ita di
acõibꝰ nouũ p̄dicare. i. leḡe p̄ceptũ ē. Sic et
dñs donec euãgelium p̄dicauit miſter fuit

iuxta illd̃. non veni miſtrari ſꝫ miſtrare. ita
nulli alij magis ↄueĩt euãgeliũ leḡe q̃ꝫ dia
cono q̃ miſter interp̄tat̃. Un̄ cũ ordiat̃ ideo
ſtolã p quã xp̄i iugũ ſignificat̃ accipit. qꝛ euã
geliũ i q̃ de ip̄o iugo ↄtinet̃ lecturus ē. Ad
ip̄m q̃ꝫ ꝑtinet officiuꝫ p̄ceni. i. dicere letani-
as. ⁊ recitatio nominũ eoꝝ q̃ ordiãdi vel
baptizandi ſunt. Ipe p̄monet aures adhi-
bere ad deũ. cũ dicit. Humiliate capita ve-
ſtra deo. vel hũiliate vos ad bñdictõꝫ. Ipe
hortat̃ clamare dicẽdo. kyri heleiſon in ro-
gationibꝰ. Ipe donat pacẽ. ſcꝫ ſubdiacono.
vel ſaltẽ cũ dicit. Dñs vobiſcũ. ⁊ annũciat
feſtiuitates. Hec liq̃ dẽ ⁊ alia plura ad eũ ꝑ
tinẽt officiũ q̃ in canonibꝰ hiero. pleniꝰ cõ-
tinẽt̃. Debẽt etiã tãq̃ꝫ oc̃li ep̄i cũcta circũlu
ſtrare et ep̄o referre. Nõ tñ d̄bẽt baptizare
nec dñicum corpꝰ diſpenſare. niſi in neceſ-
ſitate. ſcꝫ ep̄o vel p̄ſbitero abſentibꝰ ⁊ iuben
tibꝰ. nec ꝑnt calicem bñdicere. nõ debẽt etiã
int̃ ſacerdotes vel coraꝫ eis vel ſupra ip̄os
niſi eoꝝ iuſſu ſedere. ꝑnt tñ in ↄuẽtu p̄ſbite-
roꝝ rogati p̄dicare. Diacones tenẽt loca q̃
ternionũ q̃ apd̃ gẽtiles erãt. ¶ Sane ſicut i
canone legit̃. diaconꝰ cũ ordiat̃ ſolus ep̄us
q̃ eũ bñdicit manꝰ ſup caput illiꝰ imponit.
qꝛ nõ ad ſacerdotiũ. ſꝫ ad miſteriuꝫ. id ē. ad
diaconatũ ↄſecrat̃. i. ordiat̃. In actibus tñ
aplõꝝ ita legit̃. Hos ſtatuerũt ante ↄſpectũ
aplõꝝ et orãtes impoſuerunt manꝰ ſup eos.
In q̃ oñdit̃ nõ ſolũ ep̄m. veꝝ etiã p̄ſbiteros
tũc aſtantes debere manꝰ ſup diaconũ dũ
ordinat̃ imponere. Nã q̃d ei plus poteſt p̄-
cari ſolꝰ ep̄s q̃ꝫ plures apl'i. imponẽtes enĩ
manũ nõ dãt ſpũm ſanctuꝫ. ſꝫ orant vt ſup
eos veniat. Cũ igit̃ vſus omniuꝫ donoꝝ ñ
ſit in vno ſꝫ in pluribꝰ. merito plures ma-
nus imponẽt. vt vnuſq̃ſqꝫ dñm dep̄cetur.
ut ptem de ſpũſancto tribuat ordinãdo ad
inſtar moyſi de cuiꝰ ſpũ dñs dedit ſeptua-
ginta viris. Ideo aũt fit manꝰ impoſitio ſu
per ordinãdos. qꝛ p manuꝫ opa. p digitos
ſancti ſp̄us dona. p caput võ mẽtẽ intelligi-
mus. Recte ergo manꝰ imponit̃. qꝛ donis
ſpũſſancti in mente imbuti ad opa xp̄i mit
tunt̃. De manꝰ impoſitõe ſub ti. de ep̄o di-
cetur. Sꝫ cũ diacono manꝰ imponat̃ q̃rit̃

quare qñ poſtea fit pſbiter ei man⁹ impo-
nit iterato. Rñdeo. q2 p ꝯſecrationē tranſit
de opē ad opus .i. ď miniſterio ad dī imola
tionē. qd ſicut nec illud niſi gratia dī adiuti
agere non valem⁹. Suſpenſio ṽo manuū
fit dum orano ſup caput effundit ordinan
di. Et nota q̊niam tunc ⁊ ſup ꝯfirmatos ī
frontib⁹ et cum ſal ⁊ aqua. palle altaris. ve
ſtes ſacerdotales. ⁊ hmōi bñdicunt. ido hec
manuū ſuſpenſio fit q2 virtus q̄daꝫ mani-
bus ꝯſecratis ineſt. que q̄i ſuſcitatur dum
bñdictio cū hmōi manuū ſuſpenſione ſup
res effundit bñdicendas. Vñ aplus mo-
nens diſcipulū inq̄t. Moneo te vt reſuſci-
tes grām dī que eſt in te p impoſitōem ma
nuū mearꝫ .ij. ad Thimoth .j. c. Vt ſicut cor
de p affectum. ſic corpe p ſuſpenſionē ma-
nuum deuotio excitet. Nō eni ſolum in re
bus animatis. veꝫ etiaꝫ ī inanimatis ṽtus
ꝯſiſtit. Vnde nōnulli aſſerunt ꝙ ṽtute tem
pli ſi q̊s illud ex deuotōe ingredit. venialia
in eo delent. Rurſus ſuſpenſio hmōi in p-
latione exorciſmorꝫ potiſſime fit. quaſi ſa-
cerdos ipo corpis actu fugando dyabolos
ṽtute ꝯſecrationis manuū cōminet. Ter-
tio poteſt dici ꝙ diſpenſatio ſacramentorꝫ
ſoli deo pncipaliter. miſtris ṽo eccłie mini
ſterialit̄ ꝯpetit. ipi eī nihil a ſe. ſed a chriſto
pncipaliter agente habēt. q2 ergo in ſacra-
mentorꝫ diſpenſatōne. veſtium vel aque et
hmōi bñdictōne ſeu ꝯſecratione aliq̄ ſpiri-
tualis ſanctificatio ꝯfertur. quā miniſtri ď
ſuis meritis nō ꝯfiſi debēt ab ipo dō corde
et opere poſtulare. ꝯgruū eſt hoc p eleuati
onē ſeu ſuſpenſionē manuū p quas opa ī-
telligunt exp̄mi. Vnde trenorꝫ .iij. Leuem⁹
corda noſtra cū manib⁹. Diacon⁹ dalma
tica vtit̄ vt diſcat occultā rōnem ſublimiū
indagare. Vñ in q̄buſdā eccleſijs ea nō ni
ſi in feſtis vtitur. q2 diſcipuli ſublimia non
intellexerūt. niſi poſtq̄ꝫ dñs eſt glorificat⁹.
Et vtit̄ ea ſine alba tpe oblatōis et lectōis
tanñ. ſicut ſtatuit zozim⁹ papa. Ad hoc
diacono cū ordinat̄. tradit ſub certis ṽbis
ſtola ⁊ codex euangelij. q̄ res ⁊ ṽba ſunt h⁹
ſacramenti ſubſtantialia. cetera ſunt de ſo
lennitate. Ideo aūt ſtolam accipit. q2 euā-
geliū qd p chriſti iugum figurat̄ lecturus
eſt. Hoc officio vtit̄ q̄ corp⁹ ⁊ ſanguinē xp̄i
diſcrete diſpenſat. ⁊ q̄ ad orandū ⁊ vigilan
dum ſui exemplo alios hortatur. Chriſtus
vero hoc officium exercuit quando poſt ce
nam ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis ſui
proprijs manibus ſuis diſcipulis diſpēſa-
uit. et iterꝫ qñ aplos hortat⁹ eſt ad orandū
dicēs. Vigilate et orate ⁊c. Et quando euā
geliū p̄dicauit. De ſacerdote.

Sacerdotalis or-
dinis inſtitutio a veteri lege exor
diū ſūpſit. Dñs nāqꝫ legit̄ prece-
piſſe moiſi. Applica inq̄t frēꝫ tuū aaron ad
te cū filijs ſuis de medio filiorꝫ iſrł. vt ſacer-
dotio mihi fungantur. Vnxit ergo moiſes
aaron in maiorē ſacerdotē. filios vero illi⁹
in minores. Vnde pp̄heta inq̄t. Moyſes
et aaron in ſacerdotib⁹ eius .i. p̄mi et ſūmi
inter ſacerdotes fuerūt. Inpetū moyſes pri
or fuit q̄ꝫ aaron ordine. et maior admiſtra
tione. hinc eſt ꝙ moiſes illū inſtruebat ⁊ tā
q̄ꝫ minorē redarguebat. ſed q̊ ad ꝯſecratōꝫ
ſacerdotalē pares fuerūt. Moyſes āt non
offerebat hoſtias. ſꝫ ſolū vota p pplo. Ante
legē etiam ſacerdotes fuiſſe legunt̄. Vnde
melchiſedech iuſt⁹ ſacerdos dei altiſſimi le
gitur extitiſſe. cui decimas ex oībus ſpolijs
abraam tan̄qꝫ ſacerdoti pſoluit. Erant āt
multi minores ſacerdotes q̊s chauaneos
cōmuniter appellabant. et vnus erat ſum⁹
ſacerdos quē vocabant ſpecialiter arabar
chum. Sed ⁊ dauid viginti quattuor ſum-
mos ſacerdotes inſtituit. ſedecim ď eleazar
et octo de ytamar. q̄bus tñ omibus vnū p-
fecit. quem ſtatuit pncipem ſacerdotum. ⁊
ſingulis p ſortes vicis ſue diuiſit hebdoma
das. quarꝫ octaua puenit abie. de cuius ge
nere zacharias pater iohannis baptiſte de
ſcendit. In nouo q̊ꝫ teſtamēto xp̄us maio
res et minores ſacerdotes ꝯſtituit. videlicꝫ
xij. aplos. ⁊ .lxxij. diſcipulos p aplos electos
q̊s pmittebat binos et binos in omnē ciui
tatem et locum quo ipſe erat venturus. Si
cut enim deus per moyſen ſummos ponti
fices regendis populis in lege prefecit. ⁊ ad

eoꝝ ſocietatis et operis adiumentū ſequē/
tis ordinis viros et ſcd̄e dignitatis elegit.
nam in eleazaro et ythamar filijs aarō pa
terne tranſfudit plenitudinis abundantiā
vt ad hoſtias ſalutares et frequētioris offi
cij ſacramenta miſterijs ſufficeret ſacerdo/
tiū. et ſicut in heremo p. lxx. viroꝝ prudētiuꝫ
menteſ moiſi ſpūm ꝑpagauit. q̄b⁹ ille vſus
in p̄p̄lo innumerabileſ multitudines facile
gubernaret. ſic et xp̄s ap̄lis ſuis diſcipuloſ
addidit q̄bus illi totū orbem ſanctis p̄dica
tionibus repleuerūt. ſicut hec et alia in pō/
tificali ſub ordinatōe ſacerdotis habentur
Apoſtoloꝝ itaqꝫ vices maiores obtinēt ſa
cerdotes. i. ep̄i q̄ dicūt ſūmi. diſcipuloꝝ vō
minores. i. p̄ſbiteri. Petrū aūt q̄ī ī ſummū
ſacerdotē elegit. et p̄ oīb⁹ claues regni celo/
rum tradēs. et ipſum p̄ ceteris ponēs caput
et fidei fundamentū inq̄ens. Tu es petr⁹
et ſup hanc petrā edificabo eccl'iam meam
iuxta illud ꝑphete. Pro patrib⁹ tuis nati
ſūt tibi filij ⁊c. Apoſtoli vō ep̄os p̄ſbiteros
⁊ leuitas ordinauerūt. ſicut ī ꝓhemio hui⁹
ptis dictū ē. Sacerdotes ergo ſunt ſucceſſo
res. lxx. viroꝝ q̄b⁹ dn̄s moiſi ſpūm ꝑpaga/
uit. et. lxx. diſcipuloꝝ. ſicut ep̄i ſunt vicarij
moiſi et ap̄loꝝ. Ceterum ſm̄ yſidoꝝ preſbi/
ter grece. latine ſenior interp̄tat̄. nō mō pro
etate vel decrepita ſenectute. ſꝫ ꝑpter hono
rem et dignitatē quā acceperūt. Senectus
enī venerabilis ē. et cani ſunt ſenſus hoīs.
Unde et dn̄s inq̄t ad moyſen. Congrega
mihi. lxx. viros de ſenioribus iſr̄l. q̄s tu no/
ſti q̄ ſenes ſunt p̄p̄li et magiſtri. Preſbit̄ q̄ꝫ
ſm hiero. nomē eſt etatis. ep̄us vō dignita/
tis. Porro ſicut in libro numeroꝝ legitur
moyſi p̄cipit̄ vt eligat p̄ſbiteros. i. ſeniores.
Unde in ꝓuer. dr̄. Gloria ſenū eſt canicies
Hec vō canicies ſapiam deſignat. de qua
ſc̄ptum eſt. Canicies hominū prudētia eſt
Cūqꝫ nōgentis et eo ampli⁹ annis ab adā
vſqꝫ ad abraam vixiſſe hoīes legi⁹. nullus
alius p̄mus eſt appellat⁹ p̄ſbiter. i. ſenior ni/
ſi abraam. q̄ multo paucioribus annis vixiſ
ſe cōuincit̄. Non ergo propter decrepitam
etatem. ſed propter ſapientiaꝫ preſbiteri no
minantur. Hinc eſt q̄ illi duo iudices qui
falſo iudicauerūt ſuſannā p̄ſbiteri vocati
ſunt. Qui āt p̄ſbiteri nūc nūcupant̄. olim
p̄ncipes p̄p̄li vt chore dathan et abyron. vel
magiſtrat⁹ aut magiſtri templi vt nicode/
mus et gamaliel dicebant̄. Dicit̄ aūt p̄ſbit̄
quaſi alijs viuēdi p̄bens iter. vel p̄bēs bea/
tū iter. videlicet p̄p̄lo de exilio mundi ad pa
triam paradiſi. De p̄ſbitero etiā dicet̄ ſub
ti. de ep̄o. Sacerdos vō antiſtes dictus eſt
q̄ꝛ ante ſtat et ſupra ſe nullū in eccl'ia habet
Dicitur q̄ꝫ ſacerdos a ſacrificando q̄a cō/
ſecrat et ſanctificat. Unde etiā dr̄ ſacerdos
q̄ ſacra dans. vel ſacer dux. vt ait Beda et
Grego. in paſtorali li. ij. c. xviij. Sacerdos
etiā dr̄ iuſticie cultor. iuxta illud. Cui⁹ me/
rito q̄s nos ſacerdotes appellat. In pleriſ
qꝫ locis ſacerdotes capellani vocant̄. Naꝫ
antiquitus reges francie ad bella ꝓceden/
tes capam beati martini ſecum portabant
que ſub quodam tentorio ſeruabāt̄. quod
ab ipa capa dictum eſt capella. et clerici in
q̄ꝝ cuſtodia ipa capella erat. ide capellani
dicebantur. et conſequenter ab illis ad cū/
ctos ſacerdotes nomen illud in quibuſdaꝫ
regionibus eſt tranſfuſum. Sunt etiam q̄
dicunt q̄ antiquit⁹ in expeditionibus i ten
torijs fiebant domūcule de pellib⁹ capraꝝ
ſup tecte. in quib⁹ miſſe celebrabant̄. ⁊ inde
capelle nomē tractū eſt. Sacerdotes vero
gētiliū flamīes dicebāt̄. ſicⁱ ī ꝓhemio h⁹ par
tis dictū ē. Preſbiteri vices gerūt edilium
q̄ apud gentiles fuiſſe noſcūt̄. ¶ Sane ſm̄
canonicā traditōeꝫ p̄ſbiter cū ordinat̄ ep̄o
eū bn̄dicente ⁊ manū bn̄dictoriā ſupra ca/
put ei⁹ tenēte et oēs p̄ſbiteri q̄ p̄ntes ſūt ma
nus ſuas iuxta man⁹ ep̄i teneant ſupra ca
put illius. ſpūm ſanctum inuocātes. Que
man⁹ īpoſitio op̄m ſcti ſpūs exercitatōeꝫ ſi
gnificat. Nā p̄ caput mens accipit̄. p̄ digi/
tos ſpūſ ſcti dona. p̄ man⁹ op̄a figuramus
Quare āt fit man⁹ īpoſitio cū facta fuerit
cū in diaconū ordinaret̄. dictū eſt ſub ti. de
diacono. Ungūt̄ et man⁹ p̄ſbiteri oleo in
ſui ordinatōe. d̄ q̄ ī p̄te p̄ma ſub ti. d̄ vnctōi
bus dictū ē. Sacerdotes vicē gerūt xp̄i dn̄i
p̄ peccatis obſecrant. et p̄ penitētiā reconci
liant pc̄tores. mediatores eī ſūt īnt̄ deum ⁊

hoīes: put ſub ti. ſe. plenꝰ oſtēdet. Hī ſtolā ſup vtrūq3 hūer accipiūt. ut ex hoc ſe p arma iuſticie eē munitos ītelligāt. put in ſe. pte ſub ti. de ſtola dicet. Accipiūt q3 de manu pontificis calicē cū vino ⁊ patenā cum hoſtia. qtenꝰ his inſtrumētis ptātem ſe accepiſſe cognoſcāt placabiles hoſtias ⁊ corpus ⁊ ſanguinē xpi offerēdi. Cū epus hec tribuēs dicit. Accipe ptātem offerre ſacrificiū deo miſſamq3 celebrādi tam p viuis q3 p defunctis in noīe dn̄i. Hoc ordie nullus i eccl'ia celſior ē. epis tn̄ qdā3 ſupaddita eſt poteſtas. ſic in primo ti. dicet. et ī huiꝰ ptis phemio factū eſt. ne ſi eadē ptās paſſim penes oēs ſit obediētia ſoluat ⁊ ſcādalū generetur. Nō āt vocat a miſterio q ordinator ordinatū in ſacerdotē cōmunicās oſculat. diaconꝰ vō vel ſubdiaconū ordiati communicātes oſculant manū ordiatoris. Ratio diuerſitatis ē. pmo vt p hoc ordinū notetur diſtinctio. put in qrta pte ſub ti. de cōmunicatōe ſacramēti dicet. Scdo q2 pontifex oſculando ſacerdotē denotat q ille ad eqlitatē ordis recipit qntū ad ſacramentū eucariſtie ꝯſecrande. qđ ē ſacramētū amoris q p oſculum ſignificat. Diaconꝰ vō ⁊ ſubdiaconꝰ n̄ recipiunt ad talē equalitatē. ſed ad imitatōem bone opatōnis q ex caritate pcedit. ⁊ q ſm̄ Greg. p manꝰ oſculū deſigt. Sane ei q in pſbiter ordiat tradūt ſub certis vbis ſtola ⁊ caſula. calix cū patena ⁊ cenā inungit. q res ⁊ vba ſunt hmōi ſacramenti ſubſtantia. ceta vō pcedētia ⁊ ſeqntia de ſolennitate ſunt. Porro ſic ait btūs Augꝰ. ſacerdotes ſcire debēt libꝝ ſacramentoꝝ ſiue miſſale. lectionariū. antiphonarium. baptiſteriū. cōpotū3. canones penitentiales. pſalteriū. omelias p circulū anni diebꝰ dominicis ⁊ feſtiuis aptas. ex qbꝰ oibꝰ ſi vnū defuerit ſacerdotis nomē vix in eo ꝯſtabit. Magnus etiā dioniſiꝰ inqt. Subſtantia ſummi ſacerdotij ſunt eloquia diuinitus tradita. i. vera diſciplina ſeu ſcientia diuīarum ſcpturaꝝ. Et ppha. Tu ſcientiā repuliſti ⁊ ego te repellā ne ſacerdotio mihi fungaris. Nō debēt ei diſcere q ex officio alios debēt docere. De pmiſſis vō libris et omelijs in phemio. vj. ptis dicet. Item q ſint canones penitētiales. ⁊ vtrū ſacerdos penitētias in illis diffinitas valeat moderare. ⁊ q ſacerdotes ſcire oportet dixīmꝰ in aureo reportorio nrō ſub ti. d pe. ⁊ re. De computo in finali pte dicemꝰ. Hoc officiū xps exercuit qñ poſt cenā panē ⁊ vinū in corpus ⁊ ſanguinē ſuū diuia vtute ꝯuertit. d. aplis. Accipite ⁊ comedite hoc ē corpꝰ meum. ⁊c. Excellentiꝰ q3 hoc officio vſus e cū p pctis hūani generis ſeipm in ara crucis obtulit patri. idem eps ſacerdos ⁊ hoſtia et adhuc glorioſius implet dū ſedens ad dextrā pris interpellat p nobis.

## De epiſcopo.

Propter ea que ſpēaliť officio epāli incūbūt. epatus inť ordies i ſacris canonibꝰ ꝯnumerat. Epiāt nomen plus ſonat oneris q3 honoris. Nam epus grece ſupintendēs interptat latie. ſpeculatoris officiū gerens. Nam prepoſitꝰ ī eccl'ia ſpeculator dictus eſt. iuxta qđ dn̄s inqt pphete. fili hoīs ſpeculatorē dedi te domui iſrl. ut plebi ſibi cōmiſſe n̄ negligent incūbat. ſ3 vitā et mores eoꝝ et cūcta diligent pſpiciat. Quia ergo eps ſpeculator ē. ideo ex inſtitutione clemētis pmi. cathedra ſiue locus eiꝰ in eccl'ia altiorē vt ſupintēdat et ppl'm cuſtodiat. oēſq3 ꝯſpiciat ⁊ illū cūcti. ſic ⁊ vinitori altior locus ē p vinea cuſtodienda. Ob hoc inquit aplus. q epatum deſiderat bonū opus deſiderat. nō dixit honorem ſed opus. qnia3 epus non tam vt preſit q3 vt pſit eligitur. Rurſus faldiſtoriū epi ſpūalem iuriſdictōnem annexam pontificali dignitati deſigt. quā exercere diffiniendo nō debet. niſi pro tribunali ſedēs. qđ pbat ex vbis dn̄i dicētis in euangelio. Supra cathedrā moyſi ſedēt ſcribe ⁊ phariſei que dixerint facite ⁊c. Per ſcabellum vero temporalis poteſtas ſignificatur que ſubiecta eē debet ſpūali. ſicut probant gelaſius papa ⁊ innocentius. iij. ī ſua epl'a decretali. et a ſpūali p diſciplinā correctionis ꝯculcatur quādo a vero exorbitat p peccatū. Unde pſal. Donec ponam ini-

micos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Pōtifex
vō pnceps ſacerdotū ē. qꝛ pons ⁊ via ſequē
tiū facꝰ. Ipe et ſūmꝰ ſacerdos. ipe etiā pō
tifex maximꝰ nūcupat̄. ut pmiſſū ē. Ipe nā
qꝫ efficit ſacerdotes atqꝫ leuitas. ipe officia ⁊
eccleſiaſticos ordīes diſtribuit et diſponit.
et pordinatorē ī cūctis. Ipſe qd vnuſqſqꝫ
facere debeat oſidit. Antea āt pōtifices ⁊ re
ges erāt. put tactū ē ī pma pte ſub ti. de ꝯſe/
cratōibꝰ. Maioꝝ eni hec erat ꝯſuetudo. ut
rex et ſacerdos et pōtifex eſſet. Vn̄ ⁊ roma/
ni ipatores pōtifices dicebāt̄. Dicitur etiā
pſul. qꝛ ī ꝯſilio pſidet. Dicit̄ et antiſtes
qꝛ ante alios ſtās pminet ꝑplo. Vel ab anti
qd ē ꝯ. qꝛ hereticis ꝯtradicit vt paſtor lu
pis. Ordo epalis vnde pceſſit dictū ē ī pro/
hemio huꝰ ptis. Sane ꝯſecratio epalis ī q̄
ſpūſſctūs digne ſumēti dat̄ ſpi ī die dñica ⁊
hora tertia fit. qꝛ epi vicē aploꝝ obtinēt.
qbꝰ in die penteco ſtes ⁊ horā tertia ſpūſſā/
ctus datꝰ ē. Nō tn̄ poteſt qs ī epm ꝯſecrari
die illa q̄ ipſbiter ordinat̄. Sed et iuxta ca
nonū ſtatuta eps cū ordiat̄. cōprouīciales
epi ꝯuenire debēt cū metropolitano. ⁊ duo
epi ponāt ⁊ teneāt euāgelioꝝ codicē ſup ca
put ⁊ ceruicē eiꝰ ſiue ſup hūeros. vno ſuper
eū fundēte bñdictiōeꝫ. reliq̄ vō oēs epi q aſ/
ſint manibꝰ ſuis ſup caput eiꝰ tāgāt. Siqdē
tenet̄ liber ſup caput eiꝰ. pmo vt dñs firmet
euāgeliū ī corde ipiꝰ. Scdo vt p hoc ītelli
gat eū labori et oneri ſubijciat̄. qꝛ oē qd ī
eminet. i. oīs platꝰ plus meroribꝰ afficit̄ q̄ꝫ
honoribꝰ gaudeat. Tertio ad notandū q
pōdus euāgelice pdicatōis eum circū qqꝫ
ferre pigere nō debet. Quarto ad monen/
dum illū vt magis ſolito iugo ſubiaceat et
obediat euāgelico. Triū āt epoꝝ adminꝰ
cōputato metropolitano pñtia req̄rit̄ rōne
⁊ exēplo. Rōne ne tantū bñficiū videat̄ fur
tiue pſtitū. ⁊ ut p illo pariter pces ad deū
effūdāt. Exēplo qꝛ ⁊ iacobꝰ frater dñi a pe/
tro ⁊ iacobo ⁊ iohāne aplis ordinatꝰ ē eps
hieroſolimitanꝰ. Manus vō ipoſitio ſu/
pliter ordinū ab yſaac q̄ dum iacob benedixit
impoſuit ſibi manū. ⁊ moiſes ioſue cū euꝫ
ꝑplo pfecit. ⁊ dñs aplis cū eos pncipes mū/
di ꝯſtituit. Sꝫ ⁊ ipi apli p manꝰ impoſitio

nē ſpūm ſanctū dederūt. De manus impo
ſitione dictum eſt ſub ti. de diacono. Ceteꝝ
circa epi ordinatōnē ſciendū ē. q ipe ſabba
to hora veſpertina examinat̄ de moribus ⁊
ſtatu pterite vite. vbi ter benedictio petitur
ut ſancta trinitas in ordinatiōe pceſſe mon/
ſtretur. Mane vō ſequenti examinatur de
futura ꝯuerſatōe ⁊ fide ex pminue eccleſie
inſtitutōne. pter ſuſpectos in fide moribꝰ
et cōditione. ⁊ vngunt̄ caput eius ⁊ manꝰ
de quo dictum eſt in pma parte ſub ti. d cō
ſecratiōibus. Deinde vnguntur manꝰ eiꝰ
et datur ei mitra in capite in ſignum q be/
nedictōnem omniū gentiū dedit illi ⁊ teſta
mentū ſuū cōfirmauit ſup caput eiꝰ. Dan
tur etiā ei baculꝰ ⁊ anulus. de quibꝰ ī ſequē
ti parte dicet̄. Singula āt cū ꝓprijs verbis
tradunt̄ ⁊ fiunt. Que vba ⁊ capitis et ma/
nuū vnctio. ⁊ pollicū confirmatio. baculi ⁊
anuli atqꝫ euāgelij traditio ſunt huius ſa/
cramenti ſubſtantia. cetā ſunt ſolēnitatis.
De euangelij ⁊ baculi traditōe ⁊ q̄re conſe
cratus equū album ſeu albis coopertum
equitat dictū eſt in pdicto ti. d ꝯſecratōibꝰ.
Cōſecrat̄ āt eps inter eplām et euangeliū
nec poteſt die ſue ꝯſecratōis ordīes celebra
re. qꝛ ipe tunc nō celebrat. ſcd ꝯcelebrat pn/
cipaliter celebranti. papa tn̄ q̄ añ hymnum
angelicū cōſecratur hoc poſſet. qꝛ ipe miſ/
ſaꝝ ſolēnia pficit cōſecratꝰ. Differt āt inter
epos ⁊ ſacerdotes. qꝛ licet ſex ſint q̄ cōmuni
ter ptinent ad oēs ſacerdotes. videlicet ca/
thecizare. baptizare. pdicare. cōficere. ſolue/
re ac ligare. tn̄ ad pontificē nouē ſpecialiter
ſpectant. ſcꝫ clericos ordinare. vgines bñdi
cere. pontifices ꝯſecrare. manus impōere
baſilicas dedicare. degradandos depone/
re. ſinodos celebrare. criſma conficere. ve/
ſtes et vaſa ſacrare. Sunt et alia que ad of
ficium epiſcopale pertinent. puta in fronte
criſmare. benedictōnem ſolennem ante pa
cem dare. et ſimilia. Veruntamen et maio
res et minores ſacerdotes cōmuniter in q̄/
buſdam vicem gerunt ſummi pontificis. i.
chriſti. dum videlicet p peccatis obſecrant
et p penitentiā recōciliant pctōres. Vnde
aplus. Deus erat in chriſto mundum ſibi

recōciliās. ⁊ poſuit ī nobis vbū recōciliati-
onis. obſecram⁹ ergo ꝓ xp̄o recōciliemini
deo. Mediatores ei ſunt ſacerdotes inter
deum ⁊ hoīes. dum ⁊ ꝑcepta dei ꝑplo deferūt
ꝑdicādo. ⁊ vota ꝑpli dō porrigunt ſupplicā-
do. q̄ circa tales debēt exiſtere vt ⁊ dō grati
⁊ hoīb⁹ ſint accepti. Nā vt ait alexāder pa-
pa. xp̄i ſacerdotes q̄nto digniores fuerint
tāto facili⁹ ī neceſſitatib⁹ ꝑpli ꝓ q̄b⁹ clamāt
exaudiunt̄. Et ſic dic̄ apl's. Mediator nō ē
vni⁹ ⁊ diſcordes recōciliare nō poteſt q̄ ſit
vtriuſqꝫ ſocietatis ⁊ amicicie vinculo nō ē
cōcors. Si ei is q̄ diſplicet ad īteredēdum
mittit̄. irati anim⁹ ad deteriora ꝓuocatur.
Ep̄s q̄ꝫ ⁊ ſacerdos noīe p̄ſbiteri itelligunt̄.
ſic ꝓꝫ ex his q̄ ad titū apl's ſcpſit. q̄ eūdē et
ep̄m ⁊ p̄ſbiterꝝ noīauit. Qđ āt idē ſit ep̄s et
p̄ſbiter mltis rōnib⁹ ꝓbat. Preſbiteri a
filijs aaron ī veteri teſtamēto ſumpſerūt ex
ordiū. ep̄i vō ab ipō aarō. Qui vō tūc vo-
cabāt̄ ſacerdotes nūc p̄ſbiteri dicūt̄. q̄ tunc
ꝑncipes ſacerdotū. nūc ep̄i noīant̄. Hodie
āt iō diuerſa ſūt vocabula vt ep̄s nō dicat̄
p̄ſbiter. vel econtra. q̄niā antiq̄⁹ q̄n pietati
ſtudebāt p̄ſbiteri ī oī loco ordīabāt̄: et apd̄
iudeos q̄ ꝑplo ꝑerāt p̄ſbiteri dicebant̄. hoc
nomē honoris accipiētes vocabant̄ et ep̄i
ab illo ope qđ iplere videbāt̄. eo ꝙ ꝯſidera-
re habebāt q̄cūqꝫ ad pietatis cultuꝫ fuerāt
ꝯſtituta. Hīc etiā hieronim⁹ ſic ait. Olim
idē p̄ſbiter q̄ ⁊ ep̄s. ⁊ anteq̄ꝫ diaboli inſtictu
ſtudia ſiue diſſenſiones ī religione fierēt. ⁊
diceret̄ ī ꝑplis. ego ſum pauli. ⁊ ego ſum ap
pollo. ego cephe cōmuni p̄ſbiterorꝫ cōſilio
eccl'ie gubernabātur. Poſtq̄ꝫ āt vnuſqſqꝫ
eos q̄s baptizauerat ſuos eē putabat. non
chriſti. in toto orbe decretū ē vt vn⁹ de p̄ſbi-
teris ſupponerēt. Ep̄i ergo nouerint ſe ma-
gis ꝯſuetudīe q̄ꝫ diſpenſatōe dn̄ice veritatis
p̄ſbiteris eē maiores. Aug⁹. vō dicit ꝙ q̄n-
q̄ꝫ ſcđm vocabula q̄ vſus obtinuit ep̄s ſit pre
ſbitero maior. auguſtin⁹ tn̄ hieronimo mi
nor eſt. ¶ Hoc officium chriſtus exercuit
q̄n man⁹ ſup capita diſcipulorum leuans
eis benedixit dicens. Accipite ſpiritum ſan-
ctum quorum remiſeritis peccata remittū
tur eis ⁊c.

# Incipit liber terti⁹ de indumentis ſeu ornamentis ſacerdotum atqꝫ pontificum et aliorum miniſtrorꝫ.

In quotidia-
no vſu non eſt veſtib⁹ ſa-
cris vtendum ad notan-
dum ꝙ ſicut mutatōem
habitus ſcđm lrām facim⁹
ita et ſcđm ſpūm agamus.
Nō ergo cū veſtibus cō-
munis vite vſu pollutis ī ſctā ſctōꝝ ingre-
diamur. ſꝫ cū ꝯſcia mūda ⁊ veſtib⁹ mūdis
⁊ ſacris dn̄i ſacramēta tractem⁹. Vn̄ ſtephā⁹
papa ſtatuit ſacris veſtib⁹ non niſi ī eccl'ia
ſticis ⁊ dō dignis officijs vti. Ezech. xliiij
Nō ſcīficabūt ꝑplm ī veſtib⁹ ſuis. Habet
ergo ſcđm hiero. religio diuīa alterꝝ habituꝫ ī
eccleſiaſticis officijs aliū in ꝯmuni vſu. vt
cūcto ꝑplo xp̄iano exemplū ꝑbeat bone cō-
uerſatōnis. q̄ten⁹ loti ꝑus ſordes nouī xp̄o
fiāt hoīes. Exuit ei tūc ſacerdos veterē ho-
minē cū actib⁹ ſuis ⁊ induit nouū. q̄ ſcꝫ ſcđm
deū creat⁹ ē. Per veſtes q̄ꝫ q̄b⁹ ī ſacris tan
tū vtimur. nō oīa ſacramēta fore ꝑplo reue-
lāda intelligi⁹. Et nota ꝙ tpe ludouici ipe-
ratoris filij karoli magni ep̄i ⁊ clerici ſingu
la auro texta ⁊ exq̄ſitas veſtes et alia orna-
mēta ſecularia depoſuerūt. ¶ Sacre autē
veſtes a veteri lege videt̄ aſſūpte. ꝑcepit enī
dn̄s moyſi vt faceret aarō ſacerdoti ⁊ filijs
ei⁹ veſtes ſctās ī gl'am ⁊ decorē. vt loti et ſa-
cris veſtib⁹ induti fungerēt officio ī ſacris
exod. xxviij. xxxi. xxxv. ⁊ xl. c. Docuit enī dn̄s
moyſen ꝑ q̄dragīta dies facere pontificalia
⁊ ſacerdotalia veſtimēta ſacerdotib⁹ ⁊ leui
tis ſuis. ornamēta q̄ꝫ ⁊ lintheamīa. ſꝫ et ma
ria texuit ⁊ fecit illa in vſū miſterij taberna
culi federis. Que daꝫ tn̄ ab apl'is ſumūt̄. ſꝫ
tam ille q̄ꝫ iſte vtutes deſignant vel miſteri
um incarnatōis. Sane pontifex celebra
turus exuit veſtes q̄tidianas. ⁊ induit mū-
das et ſacras. Et primo ſandalia calçeat. vt
ſit memor dominice incarnatōnis. Scđo
ſibi imponit amictum. vt mot⁹ et cogitat⁹

fauces et linguā cohibeat. vt fiat cor mūdū
ſpūm rectū ꝑcipiēs in viſcerib⁹ innouatū
Tertio albā talarē vt habeat mūdiciā car
nis ꝑſeuerantē. Quarto cingulū. vt ipet⁹
luxurie refrenet. Quīto ſtolā in ſignū obe-
diētie. Sexto tunicā iacinctinā .i. celeſtē cō-
uerſatōez. Septimo ſupinduit dalmaticā
.i. ſanctā religionē ⁊ carnis mortificatōem.
Octauo cirothecas. vt declinet vanā glāz.
Nono anulū vt diligat ſponſā ſicͭ ſe. Deci-
mo caſulā .i. caritatē. Undecimo ſudariū
vt q̄cq̄d fragilitate vel ignorātia peccat pe-
nitētia tergat. Duodecīo palliū ſupponit.
vt oñdat ſe imitatorē xpi. q̄ lāguores nrōs
tulit. Tredecimo mitrā. vt ſic agat ꝙ coro-
nā mereat̄ ꝑpe eternā. Decimoq̄rto ba-
culū .i. autoritatē ꝑtātis et doctrine. Et po-
ſtea tapeta calcat. vt terrā dſpicere ⁊ amare
celeſtia diſcat. Omnib⁹ āt ꝑmiſſis veſtib⁹
induit a miſtris. q2 et vt veſtes īduat ſpūa-
les āgeli ſuffragāt̄. vel q2 vicari⁹ eſt xpi cui
angeli miſtrāt ⁊ oīa ſuuiūt. Rurſus ponti-
fex tāq3 aduocat⁹ ⁊ pugil cū hoſte pugtur⁹
antiq̄ veſtib⁹ ſacris q̄ſi armis induit̄. iuxta
aplm vt iā dicet̄ Primo ſandalia ꝓ ocreis
hꝫ. ne q̄d macule vel pulueris affectionū in
hereat. Scdo amict⁹ ꝓ galea caput ꝯtegit.
Tertio alba ꝓ lorica totū corpus cooperit
Quarto cingulū ꝓ arcu. ſubcīgulū ꝓ pha-
retra aſſumit. ⁊ ē ſubcingulū illd qd depen-
dēs a cingulo q̄ ſtola pōtificis cū ipo cīgu-
lo colligat̄. Quīto ſtola collū circūdat q̄ſi
haſtā ꝯ hoſtē vibrās. Sexto manipulo ꝓ
claua vtit̄. Septimo caſula q̄ſi clipeo tegit̄.
man⁹ libro ꝓ gladio armat̄. De ſingulꝭ etiā
alit̄ dicet̄ infra. Hec itaq3 ſūt arma qb⁹ pō-
tifex vel ſacerdos armari dꝫ ꝯ ſpūales neq̄-
cias pugtur⁹. Nam vt inq̄t aplꝰ. arma mi-
litie noſtre nō ſūt carnalia. ſꝫ ad deſtructōē
munitionū potētia Et in alia epla ad eph.
vj. Induite vos inq̄t armatura dei vt poſ-
ſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli. Sta-
te ergo ſuccincti lūbos veſtros in veritate.
et induti loricā iuſticie. ⁊ calciati pedes ī ꝓ-
paratōe euāgelij pacis. in oib⁹ ſumētes ſcu
tū fidei in q̄ poſſitiſ oīa tela neq̄ſſimi ignea
extinguere. ⁊ galeā ſalutis aſſumite. et gla-
diū ſpūs qd ē vbū dei. Hec q̄dem armatu-
ra eſt ꝑmiſſa ſeptuplex veſtis ſacerdotalis
ſigficatiua ſeptēplicis vtutis ſacerdotis. et
repſentatiua xpi veſtiū qb⁹ indutus fuit tē-
pore paſſiōis vt infra dicet̄. Prouideat er-
go diligent̄ epus. ⁊ attendat ſtudioſe ſacer-
dos. vt ſignū ſine ſigficato nō ferat .i. vt ve-
ſtē ſine vtute nō portet. ne forte ſitis ſit ſepul
cro a foris dealbato. int⁹ vo omī ſpurcicia
pleno. Quiſq̄s ei ſacris indumētis ornat̄
⁊ honeſtis morib⁹ nō induit̄ q̄nto venera-
bilior appare hoīb⁹. tāto reddit̄ indignior
apud deū Pōtificalē itaq3 glāz nō iam ho-
nor cōmendat veſtiū. ſꝫ ſplēdor aīaꝝ. q̄ꝛ iaꝫ
⁊ illa q̄ quondā carnalib⁹ blandiebāt̄ ob-
tutib⁹. ea poti⁹ q̄ in ipſis erāt intelligenda
poſcebāt. vt q̄cq̄d illa velamina in fulgore
auri. in nitore gēmaꝝ. ⁊ in multimodi ope
ris varietate ſigbāt. hoc iam in morib⁹ acti
buſq3 clareſcat. cū et apud veteres reueren
tiā ipſa ſignationum ſpecies obtineret. et
apud nos certiora ſint experimēta rerum q̄ꝫ
enigmata figuraꝝ. ꝑut hec et alia in pōtifi
cali vbi agit̄ de epi ꝯſecratōe legūt̄. Sic ita-
q3 munitus ad certamē ꝯ ſpūalia neq̄cie ī
celeſtib⁹ et ꝓ ſedanda in ſubditos iudicis
ira ad altare ꝓcedit. et ꝑ cōfeſſionē. dyaboli
renūciat dn̄o et ſeipm accuſat. Populus
vo q̄ ꝓ ſuo pugile orat̄ur⁹ in ꝑfeſtis dieb⁹
terre ꝓſternit̄. Dū āt ille orōnes et alia reci
tat q̄ſi totis virib⁹ ꝯ dyabolū pugnat. Dū
diacon⁹ in ieiunijs ante euāgeliū caſulam
ſup hūeꝝ replicat. q̄ſi gladiū ꝯ hoſtē vibrat.
Dū epla legit̄. voce ꝑconis īpatoris edicta
dant̄. Cant⁹ ſunt tubicine. ꝑcētores choꝝ
tegētes ſūt duces exercitū ad pugnā īſtruē
tes. qb⁹ laceſcētib⁹ alij ſubueniūt. Cantus
aūt ſequentie eſt plauſus ſeu laus victorie.
Dū euāgeliū legit̄ hoſtis q̄ſi gladio vulne
rat̄. aut exercit⁹ poſt victoriā diſpſus adu-
nat̄. Eps ꝑdicās ē īpator victores laudās.
Oblatōes ſunt ſpolia q̄ victorib⁹ diuidūt̄.
Cant⁹ offertorij ē triūph⁹ q̄ debet̄ impato-
ri. Pax āt ī fine dat̄. vt ꝑpli q̄es hoſte ꝓſtra-
to inſinuet̄. Et deīde ꝑplus data licētia ꝑ ite
miſſa ē. cū gaudio d victoria et pace obtēta
ad ꝓpa redit Celebratur⁹ itaq3 miſſā eps

aut pſbiter indumētis ſuo ordini ꝯgruēti-
bus ſe exornat ⁊ veſtiū cultui actōis q̄ꝫ ꝯue
niāt ornamēta. Circa q̄ṗ notandū eſt ꝙ ſex
ſūt indumēta ſacerdotib⁹ et ep̄is ꝯmunia.
qꝛ et ſex ſūt in quib⁹ cōmunis pſbiteroꝝ et
epiſcoporū ptās ꝯſiſtit. Nouem vō ſūt or-
namēta pontificibus ſpecialia. qꝛ et noueꝫ
ſūt in q̄b⁹ ſpecialis ep̄orū ptās ꝯſiſtit. Per
hūc ergo cōmunū et ſpecialiū indumēto-
rū numerū cōmunitas et ſpecialitas pote-
ſtatū inter ep̄os et ſacerdotes ſignificat̄. de q̄ ī
parte p̄cedenti dictū eſt. ſub ti. de ep̄o. Hoc
etenī tam ī nouo q̄ꝫ in veteri teſtamēto legi
tur ꝯſtitutū vt pontifices p̄ter ꝯmunes ve-
ſtes habeāt ſpēales. ſꝫ ibi q̄ttuor erāt cōmu-
nes et q̄ttuor ſpēales. put dicet̄ ſub ti. de le-
ga. indumentis. Qd̄ ſiq̄dem rō miſtica po
ſtulabat. nam ille date ſūt carnalib⁹ et mū-
danis q̄niā q̄ternari⁹ numer⁹ cōueīt carni
ꝑpter q̄ttuor humores. ⁊ mūdo ꝑpt̄ q̄ttuor
elemēta. He aūt ſpūalib⁹ et p̄fectis date ſūt
Nam ſenari⁹ numer⁹ q̄ p̄fectus eſt. qa red
dit̄ ex ſuis ptib⁹ aggregatis. p̄fectis cōueīt.
Vn̄ et ſexto die p̄fecit deus celum ⁊ terrā et
omnē ornatū eorū. Sꝫ et cū in plenitudine
tēpis ſexta veniſſet etate ſexto die ſub hora
ſexta redemit gen⁹ hūanū. Senariuſ ergo
numer⁹ p̄fectus ē. qꝛ ſuo ordīe numeratus
p̄ficit̄. Nam cū vnū duo ⁊ tres dicunt̄ ſena
rius numer⁹ implet̄. vel qꝛ in tribus ptib⁹
diuidit̄. i. ī ſexta tertia ⁊ dimidia. videlicet in
vno duob⁹ et trib⁹ Nouenari⁹ etiā ſpūali-
bus ꝯueīt. qꝛ nouē ſunt ordīes angelorū q̄
ſm̄ ꝑphaꝫ p nouē gēmarū ſpecieſ deſignāt̄
Quindecim ergo ſūt ornamēta pontificis
q̄decim v̄tutūꝫ grad⁹ ip̄o numero deſignā
tia. q̄s p q̄ndecim cātica graduū pſalmiſta
diſtinxit. Veſtes enī ſacerdotales virtutes
ſignificāt q̄b⁹ debēt ſacerdotes ornari. ſm̄ illd̄
ꝑpheticuꝫ. Sacerdotes tui induāt̄ iuſticia
et ſcti tui exultēt. Que talares dicunt̄. qꝛ ta
lus eſt finis corpis. p qd̄ oſ̄ndit̄ ꝙ nō ſufficit
opus bonū inchoare niſi ſtudeat̄ pſeuerā-
ti fine cōpleri. put ſub ti. de tunica dicetur.
Sic ergo noſter pōtifex plura q̄ꝫ. viij. īduit
veſtimēta. q̄ꝫuis aaron nō niſi octo habu-
iſſe legat̄ q̄b⁹ moderna ſuccedūt. qd̄ ideo eſt
q̄niam oportet iuſticiā nr̄āꝫ magis abūda
re q̄ꝫ ſcribarū et phariſeorū. vt intrare poſ-
ſimus in regnū celorum. Poteſt etiā dici
ꝙ noſter pontifex octo habet a capite vſqꝫ
ad pedes exceptis veſtimentis pedū et ma-
nuū. ſ. amictū. albaꝫ. cingulum ſtolā. duas
tunicas. caſulā ⁊ pallium. Veſtimētuꝫ enī
pedū poti⁹ ptinet ad noſtrū q̄ꝫ ad aaron. qꝛ
noſtris dictū eſt. eūtes in oēs gentes ⁊c. De
niqꝫ p̄ter p̄miſſas veſtes ſacris ordinib⁹ et
miniſtris deputatas. eſt et alia q̄daꝫ veſtis li
nea q̄ ſuperpelliciū dr̄ quo quibuſlibꝫ ſerui
cijs altaris et ſacrorū vacātes ſup veſtes cō
munes vti debēt. put in ſe. ti. dicet̄. Super-
pelliciū aūt ꝑpter ſui candorē mundiciam
ſeu puritatē caſtitatis deſignat. iuxta illud
Omni tp̄e veſtimēta. i. opa tua ſint cādida
idē. mūda. Propter nomē vō ſinūꝫ carnis
mortificationē figurat. Dictū ē enī ſuppel-
liciū eo ꝙ antiq̄tus ſup tunicas pellicias d̄
pellib⁹ mortuorū aīalium factaſ induebat̄.
qd̄ adhuc in q̄bu ſdā eccleſijs obſeruat̄. rep̄
ſentātes ꝙ adam poſt peccatū talib⁹ veſti-
tus ē pellicijs. Tertio denotat innocentiā
et ideo ante oēs alias veſtes ſacras ſepe in-
duit̄. qꝛ diuino cultui deputati īnocentiāꝫ
vite cūctis v̄tutūꝫ actib⁹ ſupponere debēt.
iuxta illud pſal. Innocentes et recti adheſe
rūt mihi. Quarto ꝑpter ſui latitudinē cō-
grue caritatē deſignat. Vn̄ ſup ꝑphanas
et cōmunes veſtes induit̄ ad notanduꝫ ꝙ
caritas operit multitudinē petōꝝ. Quin
to ꝑpter ſui formā. qꝛ in moduꝫ crucis for-
mat. paſſionē dn̄i figurat. ꝙ q̄ꝫ illud gerētes
crucifigi debēt vicijs ⁊ ꝯcupiſcētijs. Fiunt
āt ſuperpellicia ī quibuſdā locis de criſma
lib⁹ lineis q̄ ponunt̄ ſup infantulos bapti-
zatos. exemplo moyſi qui de purpura ⁊ biſ
ſo et alijs a ꝑplo in tabernaculo oblatis fe-
cit veſtes quib⁹ aaron ⁊ filij ei⁹ induerētur
q̄n miſtrabāt in ſctis. exo. xxxix. c. Eſt etiā ⁊
alia veſtis que pluuiale vel capa vocatur.
que credit̄ a legali tunica mutuata. Vnde
ſic illa tintinnabul̄. ſic iſta fimbrijs inſigni
tur q̄ ſunt labores ⁊ h⁹ mūdi ſolicitudines.
Habet etiā capuciū qd̄ ē ſupnū gaudium.
prolixa eſt vſqꝫ ad pedes. p qd̄ pſeuerantia

vſq3 in finē ſignificat. in anteriori pte apta ē. ad notādū q̄ ſancte ꝯuerſantib⁹ vita patet eīna. ſeu q̄ eorū vita patere debet alijs in exemplū. Rurſus p capā glorioſa corpoꝝ immortalitas intelligit. Unde illā nō niſi in maioribus feſtiuitatib⁹ induim⁹. aſpicientes vt in futurā reſurrectōe3. qn̄ electi depoſita carne binas ſtolas accipiēt. videlic3 requiē animaꝝ ⁊ glīa3 corpoꝝ. Que capa recte interi⁹ patula eſt. ⁊ niſi ſola neceſſaria fibula incōſuta. q̄a corpa iam ſpūalia facta nullis aīa3 obturbabūt āguſtijs. Fimbrijs etiā ſubornat. quia tunc noſtre nihil deerit pfectoni. ſed qđ nūc ex pte cognoſcim⁹ tūc cognoſcem⁹ ſicut ⁊ cogniti ſum⁹. Quida3 aūt heretici garriūt nuſq̄3 reperiri in nouo teſtamēto q̄ chriſt⁹ vl' diſcipuli ei⁹ p̄miſſis veſtib⁹ induerent. repbendentes nos temere. q2 talib⁹ ornamur. quoniā ſicut iohānes ait. Dn̄s ſurgens de cena poſuit veſtimenta ſua et poſtea alia nunq̄3 accepit niſi ſua. nos vero vt dicūt plura alia q̄3 veſtim⁹ reueſtim⁹ in miſſa in q̄ cenā ipa3 imitamur. et dn̄s ab his qui volūt ambulare in ſtolis nos pcepit cauere dicēs Cauete a ſcribis q̄ volūt ambulare in ſtolis. Dicūt enī q̄ hoc facim⁹ vt iuſtiores ⁊ excellentiores ꝑplis appaream⁹. ꝯtra illud. Uos eſtis q̄ iuſtificatis vos corā hominib⁹. de⁹ āt nouit corda veſtra. q2 qđ hoīb⁹ altū eſt. abominatio eſt apud deū. Error aūt iſte ex p̄miſſis apꝑtiſſime ꝯfutat. Legit̄ q̄3 ezech. xlij. et. xliiij. Cū īgredient̄ ſanctuariū meū et accedēt ad mēſam meā vt mihi miniſtrēt ⁊ cuſtodiāt cerimonias meaſ. veſtib⁹ vtant̄ lineis nec aſcēdet ſup eos quicq̄3 laneū. Cūq̄3 egredient̄ atriū exteri⁹ ad ꝑplm̄ exuent ſe veſtib⁹ ī quibus miniſtrauerūt. ⁊ nō ſanctificabunt populū in veſtib⁹ ſuis Et nota q̄ oſtiarij. lectores. exorciſte. ⁊ acoliti veſtib⁹ albis vtūtur. videlicet ſuperpellicio. amictu ⁊ alba ⁊ baltheo. vt angelos dei miniſtros p caſtitatis mūdiciā imitent̄. et eis in carne glorioſa effecta ſpūali. q̄ī in albis veſtib⁹ ſocient̄. Inde eſt q̄ potī⁹ lineis veſtib⁹ vtunt̄. q̄a ſicut linū multo labore ad candorē pducit̄. ſic neceſſe eſt p multas tribulatōes ad regni gloriā puenire. In ꝯcilio maguntineñ. ſtatutū eſt q̄ eps in ordinatōne ſua recipiat orariū. baculū ⁊ anulū. pſbiter orariū et planetā. diaconus orariū ⁊ dalmaticā. ſubdiaconus patenā ⁊ calicē. et cū degradant̄ ea perdūt. Et ī ꝯcilio tholetano ſtatutū eſt. q̄ diaconus tpe oblatōis tantū ſc3 qn̄ legit euangeliū vtat̄ alba. i. dalmatica. ¶ Notandū3 q̄3 ē q̄ veſtes euāgelici ſacerdotis aliud deſignāt in capite ſc3 ī xp̄o. aliud q̄3 figurāt in mēbris. q̄nq̄3 ⁊ caput ⁊ membra ſacerdotis noīe nūcupent̄. Ad caput dic̄ pſalmiſta p̄b⁹ Tu es ſacerdos in eternū ſcđm ordinē melchiſedech. Ad mēbra vō dicit apłus. Uos eſtis gen⁹ electū regale ſacerdotiū. Exponēda ergo ſūt eoꝝ myſteria. Primo ſm̄ quod mēbris. pſequent̄ ſm̄ qđ capiti ſc3 xp̄o ꝯueniūt. put in q̄libet capitulo diſtinguetur. ¶ De ornamētis aūt ⁊ palleis ⁊ veſtib⁹ eccleſie vel altaris in pte p̄ma dictū ē vbi agit̄ de picturis Porro ſex indumenta ſacerdotib⁹ ⁊ epis ꝯmunia ſūt hec. amict⁹. alba ȝona ſeu cingulū. ſtola. manipul⁹. planeta Nouē vō pontificalib⁹ ſpēalia ſūt hec. caligę ſandalia. ſuccinctoriu3. tunica. dalmatica. cirothece. mitra. anul⁹. baculus paſtoraliſ De q̄bus oībus ſingulatim pſequamur. et etiā de ſudario ⁊ de palleo et de coloribus q̄b⁹ eccl'ia in eccl'iaſticis vtit̄ indumētis et de legalib⁹ indumentis

## ¶ De amictu.

PRimo de ſex ornamētis epis ⁊ ſacerdotib⁹ communib⁹ eſt ſm̄ p̄miſſa dicendu3. Dicens itaq̄3 maīb⁹. epus ſeu ſacerdos celebratur⁹ aſſumit amictū q̄ caput tegit̄ que3 pōtifex loco ephot ſiue ſuphumeralis ⁊ rōnalis habet. ⁊ nūc etiā ſuphumerale vocari pōt. ſignificans ſalute3 que p fidē tribuit̄. De hoc apłs ad eph. vj. Galeam ſalutis aſſumite. Significat etiā caſtitatē cordis ⁊ corporis. q2 ⁊ renes ⁊ pect⁹ ambit ⁊ tegit. ⁊ oīb⁹ ſacris veſtib⁹ ſupponit̄. ſ3 oīb⁹ ſupeminet q2 caſtitaſ et debet ēē int⁹ in pectore ⁊ foris nitere ope Unī ī renib⁹ ſtringit̄. q2 ibi pcipue luxuria dn̄atur. Per amictū q̄3 q2 ſuper humeros

circū q̄q̄ʒ diffundit̄ opm fortitudo deſignat̄
Hūeri nāqʒ fortes ſūt ad opa pagēda. iux/
ta illud pr̄iarche iacob. Suppoſuit hūerū
ad portandū. et factꝰ ē tributis ſuiēs. Due
faſciole ſiue due cordule q̄bꝰ amictus ante
pectꝰ ligat̄. ſignificāt intentōeʒ ⁊ finē q̄bus in
formandū ē opꝰ. ne fiat in fermēto malicie
et neq̄cie. ſʒ in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis.
Sacerdos igit̄ nō dʒ ocioſus exiſtere. ſʒ bo
nis opibꝰ inſudare. ſm̄ illđ apl'i ad thimo.
Labora ſic bonꝰ miles ih̄u xp̄i. Laudāda
tñ q̄rūdā locoꝝ hʒ ꝯſuetudo vt linea cami/
ſia alba aut ſuperpelliciū ſup ꝯmunes ve/
ſtes induat̄ p̄uſq̄ʒ amictꝰ īponat̄. p quod fi
des q̄ p̄mo adeſſe dʒ ſignificat̄. Porro ami/
ctus ſup os planete reuoluit̄. de q̊ ſub ti. de
planeta dicet̄. Amictu q̄ʒ collū ſtringit̄. per
qđ vocis caſtigatio ītelligit̄. q̄niā p collū ī
q̊ vox ē vſus loq̄ndi exp̄mit̄. Stringit̄ ergo
collū ne inde ad linguā mēdacium trāſire
poſſit. Leniter tñ cū eo pectꝰ ⁊ fauces ſtrin/
gūt̄. ꝓut ſub ti. de cingulo dicet̄. Illo etiaʒ
caput opimus ne circū q̄q̄ʒ libere ꝓſpicien
do illicita cogitemꝰ. Pectus ſeu cor eo tegi
tur. q2 animꝰ ſacerdotis ad ea q̄ incumbūt
dʒ totꝰ ēē intentꝰ. nec dʒ tūc ad vanitates vl'
ad aliq̄ mūdana libere meditādo diſſolui.
Porro amictꝰ q̊ ſacerdos caput obnubit.
ſm̄ qđ capiti ſcʒ xp̄o ꝯuenit ſignificat id quod
in apoca. deſcribit̄. videlicet angelū dei for/
tē deſcēdiſſe de celo amictū nube. Et ī eſaia
Ecce dn̄s aſcēdet ſup nubē candidā. Ueni
ens ei ad ſaluatōeʒ mūdi ſaluator mūdi dī
filiꝰ. angelꝰ magni ꝯſilij. amictꝰ ē nube dū
diuinitateʒ abſcōdit ī carne. Nā caput viri
xp̄s. caput xp̄i deꝰ. Hoc ergo carnis latibu
lū ſignificat ſacerdotis amictꝰ. Qđ et pillaʒ
ſindoneʒ exp̄ſſiꝰ ſignificat q̄ ſummꝰ pontifex
caput obducit. de q̄ ī ti. đ ſuccinctorio dicet̄
Et pulcre q̄đ ē qđ p calciamentū pedū hoc
ip̄m p amictū capitis deſig̃t̄. q2 diuinitas in
carne latuit. ⁊ p carnē inotuit. Nā cū notꝰ
eſſʒ in iudea dē ⁊ ī iſrl' magnū nomē eiꝰ. in
ydumeā extēdit calciamētū ſuū ⁊ añ cōſpe
ctū gentiū reuelauit iuſticiā ſuā. Amictus
etiā rep̄ſentat operimētū q̊ iudei velabant
faciē xp̄i dicentes math. xxvj. Propheti za
nobis chriſte quis ē q̄ te ꝑcuſſit.

¶ De alba.

Poſt amictū cami
ſiā ſiue albā ſacerdos induit. que
mēbris corporis ꝯuenient aptata ni/
hil ſupfluū aut diſſolutū ī vita ſacerdotis
aut in eiꝰ mēbris eſſe debere demōſtrat. ſm̄
qđ legit̄. Omni tp̄e veſtimēta tua ſint cādi
da. Fit aūt de biſſo vel lino. Propt̄ qđ ſcri
ptū ē. Biſſinū ſūt iuſtificatōnes ſctōꝝ. Eſt
aūt biſſus linū egiptiacū. Sic ēi biſſus vel
linū candorē quē ex natura nō hʒ. multis
tūſionibꝰ attritū acq̄rit p artē. ſic ⁊ hoīs ca
ro mūdiciā quā nō obtinet p naturā per ex/
ercitia bonoꝝ operꝝ multis caſtigationibus
macerata ſortit̄ p grāʒ. Sacerdos ergo ſm̄
apl'm caſtiget corpꝰ ſuū ⁊ in ſeruitutē redi/
gat. ne forte cū alijs p̄dicauerit ip̄e reprobꝰ
fiat. Habet āt alba capiciuʒ qđ eſt ꝓfeſſio
caſtitatis. Habet et ligulā q̄ ſignificat liguaʒ
ſacerdotalē q̄ ligat ꝯtumaces ⁊ abſoluit pe
nitētes. Rurſus hec veſtis q̄ ī veteri ſacer/
dotio linea vel poderis grece ſeu tunica ta
laris dicebat̄ ſtricta fuiſſe deſcribit̄ ꝓpt̄ ſpi/
ritū ſeruitutis iudeorū ī timore. In nouo
v̊o larga ē ꝓpter ſpūm adoptōis in liberta
te. q̄ nos xp̄s liberauit. Qđ āt aurifriſiū et
grāmata diuerſis ī locis ac varijs opibus
ad decorē hʒ. illud inſinuat qđ ꝓph̄a dic̄ in
pſalmo. Aſtitit regina a dextris tuis ī ve.
deau. circum. varie. Rurſus alba cingulo
ſtringit̄ vt oīs voluptas carnalis aſtricta
ītelligat̄ dicente dn̄o. Sint lūbi vr̄i p̄cincti.
Manice q̊ʒ tam albe q̄ʒ etiā tunicelle cōue
nient ēē debēt ſtricte nō nimis laxe vt labā
tur. et brachia nudent̄. habētes in ſūmitati
bus aurifriſia. ad deſignandū aureos tor/
ques q̊ brachia nuda beati martini miſſaʒ
celebrantis miraculoſe decēter operuerūt.
ꝓut in vij. p̄te ſub eiꝰ feſto dicet̄. Per albā
etiā q̄ corpꝰ a ſurſū vſq̄ʒ deorſū tegit̄ ſpes q̄
ex grā ꝓuenit eccl'ie deſurſū et ex meritis ec/
cleſie deorſū figurat̄. De hac apl's ad Ro/
manī. viij. Spe ſalui facti ſumꝰ. Quia v̊o
vſq̄ʒ ad talos deſcēdit pſeuerantiaʒ deſig̃t.
ꝓut tactū eſt ꝓpe finē in ꝓhemio huiꝰ ꝑtis.

Porro ſm qđ capī ſcꝫ xp̄o cõueīt alba
q̄ eſt lineū veſtimētū lõgiſſime diſtãs a tu-
nicis pelliceis. q̄ de mortuis aīalibꝰ fiūt. q̄
bus adam veſtitꝰ eſt poſt peccatū . nouita-
tem vite ſiḡficat. quā xp̄s ⁊ habuit et docu-
it ⁊ tribuit ī baptiſmo. đ q̄ dicit apl's. Exui-
te veterē hoīem cū actibꝰ ſuis et induite no
uū q̄ ſcđm deū creatꝰ eſt. Nam et trāſfigu-
ratõe reſplenduit facies eiꝰ ſicut ſol. ⁊ veſti-
mēta eiꝰ facta ſūt alba ſicut nix. Semp enī
veſtimēta xp̄i mūda fuerūt et cādida. q:uia
peccatū nõ fecit. nec inuentꝰ eſt dolus ī ore
eiꝰ. Hec etiā veſtis rep̄ſentat albā veſteꝫ in
q̄ herodes illuſit xp̄o. Luc. xxiij.

## De zona ſeu cingulo.

Debet autem alba
circa lūbos ſacerdotis ſeu pontifi
cis zona ſeu cīgulo. qđ ī lege ⁊ apđ
grecos balthēū dicebat̄ p̄cingi. ne defluēdo
greſſū ipediat. vt caſtitas ſacerdotis per al
bā ſignificata nulliꝰ incētiuoꝝ ſtimulis diſ
ſoluat̄. Cingulū nāqꝫ ꝯtinentiā ſignificat
Unde Sint lūbi veſtri p̄cincti ⁊c. In lum
bis q̄dem luxuria dñat̄. ſicut dñs loquens
de dyabolo manifeſtat. Uirtus eiꝰ in lum
bis eiꝰ et fortitudo eiꝰ in vmbilico vētris eꝰ
Sane a ſiniſtro latere pōtificis ex cingulo
duplex dependet ſuccinctoriū. q: duo ſunt
q̄bꝰ caſtitas roborat̄. et ſine q̄bꝰ difficile cõ-
ſeruat̄ ſcꝫ orō ⁊ ieiuniū. Uñ dñs ait. Hoc
genꝰ demonij nõ ejicit̄ niſi ī orōe et ieiunio
Debēt ergo lūbi p ꝯtinentiā p̄cingi. et per
abſtinentiā ſubcingi. Uñ apl's. State ſuc-
cincti lūbos veſtros in veritate. Uerū ſuc
cinctoriū qđ vel pizoma vel ſubcingulum
vocat̄. inter indumenta legalia fuiſſe nõ le
git̄. q: et ſi legales ſacerdotes accincti tp̄e ſa
crificij abſtinere deberent. alio m̄ tēpe licite
vacabāt amplexibꝰ. hodie aūt addit̄ cingu
lo. q: moderni miſtri iugē habere debēt cõ
tinentiā. et ideo nõ ſolū cingi. ſꝫ etiā ſuccingi
debēt. Jdeo aūt duplex eſt ſuccinctoriū vt
duplex caſtitas denotet̄. videlicet mentis q̄
p cingulū. et corporis q̄ p ſubcingulū ſiḡfica-
tur. A pte ſiniſtra depēdet q: potior ē caſti-
tas mētis q̄ꝫ corporis. et dextera pars potior
eſt q̄ꝫ ſiniſtra. Unde Greg. Lūbis p̄cingi
mur cū carnis luxuriā p carnis ꝯtinentiaꝫ
coartamꝰ. Cingulū q̄ꝫ ꝯuenient̄ tp̄antiaꝫ
deſignat. De ſubcingulo etiā dictū ē ī p̄he-
mio hꝰ ptis. Et aduerte q̄ pectꝰ ⁊ fauces
leniter cū amictu ſtringunt̄. q: motꝰ in no-
ſtra ptāte nõ ſūt. Helias p̄us clauſit celuꝫ
qñ petijt q̄ non plueret. q̄ꝫ animū qñ deſide-
rabat vindictā de morte pphetarū. Lingua
etiaꝫ in humido ſedet et in madido et facile
lubricat̄. Unde p̄nceps aplõꝝ ad voceꝫ an-
cille magiſtrū negauit. Sed renes fortiter
cingulo ſtringunt̄. vt caſtiget̄ corpus. et in
ſeruitutē redigat̄ et impetꝰ luxurie refrenet̄

Porro ſm qđ capī ſcꝫ xp̄o ꝯueīt zona
ſacerdotalis ſiḡficat illud qđ iohes aplus
ait. Conuerſus vidi ſimilem filio hominis
p̄cinctū ad mamillas zona aurea. Per zo-
nam aureā p̄fecta xp̄i caritas deſignatur.
q̄niam dicit apl's. ſupeminentē ſcientie ca-
ritatē xp̄i. feruentē in corde. radiātē in ope.
Cuiꝰ ſuccinctoriū illud ſiḡficat qđ eſa. xj. đ
xp̄o loquēs p̄dixit. Erit iuſticia cingulum
lūboꝝ eiꝰ. et fides cinctoriū renū eiꝰ. Nam
iuſtꝰ dñs iuſticiā dilexit. equitatē vidit vul
tus eiꝰ. Et fidelis dñs in v̄bis ſuis. et ſctūs
in oībꝰ opibꝰ ſuis. Due ſūmitates ipiꝰ due
ſūt ptes naturalis iuſticie quaꝫ xp̄s fecit et
docuit. ſcꝫ qđ tibi nõ vis fieri alteri ne fece-
ris. et q̄cūqꝫ vultis vt faciāt vobis hoīes. ⁊
vos eadē facite ill'. Cīgulū ergo iuſticiā ſiḡfi
cat cuiꝰ duo ſunt brachia ſeſe ꝯſtringentia
ſcꝫ declinare a malo et opari bonū. Repre
ſentat etiā flagellum quo pilatus cecidit ie
ſum. Joh. xix.

## De ſtola.

Poſt cingulum ſa
cerdos orariū ſiue ſtolam q̄ leue
dñi iugum ſiḡficat. ſiue q̄ ē iugū
p̄ceptorū dñi ſup collum ſibi imponit. vt
iugum dñi ſe ſuſcepiſſe demonſtret. Quā
cū oſculo ſibi imponit et deponit ad notā-
dum aſſenſuꝫ et deſideriū q̄ ſe ſubijcit huic
iugo. Jlla aūt a collo p anteriora deſcēdēſ
dextrū et ſiniſtrū latꝰ adornat. q: per arma
iuſticie a dextris et a ſiniſtris. i. in p̄ſperis ⁊

in aduerſis ſacerdos debet ēē munitꝰ. qua-
tenꝰ nec aduerſis frāgat̄ nec ꝓſperis eleuet̄
Unde et cū ſacerdos in ordinatōe ſtolam
accipit dicat illi ep̄s. Accipe iugū dn̄i. Jugū
eni eiꝰ ſuaue eſt. et onus eiꝰ leue. ſuaue in ꝓ
ſperis. leue in aduerſis. Stola quippe vſqꝫ
ad genua q̄ curuant̄ ptendit̄ vt nos mites
corde ⁊ humiles inſinuet. Significat ei̇̄ pa
tientiā ꝫ de q̄ ſcp̄tū eſt. Patientia vobis ne-
ceſſaria ē vt reportetis ꝓmiſſiones. Et iteꝝ.
Jn patiētia vr̄a poſ. a. v. Hinc ē ꝙ ſtola cū
zona ſeu cingulo a dextris ⁊ a ſiniſtris qui
buſdā nexibꝰ colligat̄. q: v̄nites v̄tutibꝰ ſo-
ciant̄ ⁊ iuuant̄. ne aliq̄ moueant̄ tēptatōis
impulſu. Et ad deſignandū ꝙ tā i ꝓſperis
q̄ꝫ i aduerſis dꝫ xp̄i iugū patient̄ ferri faciē
te glutino caritatis. A q̄buſdā ꝫ v̄o pontifi-
cibꝰ additur̄ ꝓmiſſis v̄bis. Stola inocētie in-
duat te dn̄s. Qd̄ ſtolā reſpicit primituā q̄
fuit inocētie ſignificatiua. Rurſus ſtola ab
hūero ſiniſtro ſacerdotis in dextrū dū ordi
nat̄ reflectit̄. q: cū obediētia icipiat ab acti-
ua ꝑ dilectōem ꝓximi tranſit in ꝯtēplatiuā
vitā ꝑ dilectōem dei. Longitudo āt ſtole ꝑ-
ſeuerantiā ſignificat. Duo brachia ſtole de-
pendentia ſignificāt prudentiā et tempantiā
Un̄ ap̄lus ad Thi. ij. Sobrie et iuſte et pie
viuam̄ ⁊c. Sꝫ ſc̄dm decretū bracareñ. conci-
lij dꝫ ſacerdos de vno eodēqꝫ orario ceruī
cē pariter ⁊ vtrūqꝫ hūeꝝ p̄mens ſignū cru-
cis i ſuo pectore p̄parare. vt q̄ imperturbatꝰ
ꝑcipit̄ inter ꝓſpera et aduerſa ꝯſiſtere. v̄tu-
tum ſꝑ ornamēto vtroqꝫ circūſeptꝰ appare
at hūero. Si q̄s aūt aliter egerit excōicatōi
debite ſubiacebit. niſi forte q̄s dixerit hoc d-
cretū ꝑ ꝯtrariā generalis eccl̄ie ꝯſuetudinē
abrogatū. Nam nō vbiqꝫ ꝑtes ſtole redu-
cunt̄ ante pectꝰ i modū crucis. Crucē āt ge
rit dū xp̄i paſſionē cuiꝰ miniſter ē imitat̄ in
mēte. Orariū itaqꝫ iugū ſit̄ et onus ē. Ju-
gū ſacerdotibꝰ. onus diaconibꝰ. Unde fit
vt ſacerdotibꝰ circa collū. et diaconibꝰ ſuꝑ
ſiniſtrū hūeꝝ ponat̄. Sicut eni iugū collo
portat̄. ſic et hūeris onera ferūt̄. Lege in le-
uitico et videbis ſolos leuitas ferēdis one-
ribus deſtinatos. Jn diacono et ſtola iu-
gū ſignificat. ꝓut i ꝑte. ij. dictū eſt. vbi de dia-

cono agit̄. Adhuc ſtola ſiniſtro humero
diaconi iponit̄. q: decet tꝑalia ſp̄ualibꝰ de-
ſeruire. vel q: dextrā diaconi oportet ēē libe
ram vt expeditiꝰ ad miſterium ſacerdotis
diſcurrat. de q̄ et ibi dictū ē. Ad lūbos ſto-
la ſuccingit̄. vt ſit fortis et expeditꝰ ꝯtra pu-
gnas libidinū. Qn̄qꝫ tū ſolū ſuꝑ ſiniſtrūꝫ
brachiū ꝑs anterior ſtole cōplicat̄. qd̄ tra-
ctū eſt a legalibꝰ ſacerdotibꝰ. q̄ dū ſacrifica
bāt ſūmitates balthei ſuꝑ hūeꝝ reflectebāt.
Jn ep̄o v̄o vel ſacerdote ab vtraqꝫ ꝑte eq̄li
ter dependet anteriꝰ. q: xp̄s cuiꝰ tipū gerūt
q̄ equanimit̄ ſe habuit i ꝓſperis ⁊ in aduer
ſis. q̄ ꝑ leuā ⁊ dextrā ſignificant̄. habitatores
terre ad celeſtia ducere deſiderabat q̄s ſem
per ante oculos mētis ſue gerebat. Dictuꝫ
eſt āt orariū. q: q̄ꝫuis ſine alijs indumētis
ſacerdotalibꝰ baptizare ꝯſignare ⁊ alia plu
ra orādo facere liceat. ſn̄ orario tn̄ niſi ma-
gna neceſſitate cogēte nihil hoꝝ facere licꝫ.
Jn ꝯcilio tribureñ. i burcardo li. v. c. p̄ſbite
ri. legit̄ vt p̄ſbiteri n̄ vadāt niſi ſtola orario
ve induti. Notandū āt ē ꝙ antiq̄tꝰ ſtola erat
veſtis cādida ꝑtingens vſqꝫ ad veſtigia. q̄
patriarche vtebāt̄ ante legeꝫ. q̄ꝫ p̄mogeniti
cū bn̄dictōem p̄ris acciperēt induebant. et
dn̄o victimas vt pontifices offerebāt. Sed
poſtq̄ꝫ alba cepit portari mutata eſt in tor
quē. Per p̄mā ſtolā innocentia intelligit̄.
q̄ fuit i p̄mo hoīe. Sed cū eā ꝑdidit ꝓpt̄ pec
catū oportuit eā recuperare ꝑ vitulūꝫ ſagi-
natū. Quia igit̄ ſupeſt vt q̄ ꝑ inobediētiāꝫ
cecidimꝰ. ꝑ obedientiā reſurgamꝰ. recte ꝓ
veſte inocētie recuperanda ſubimꝰ torquem
obediētie. Nā ꝑ ſtolā q̄ nūc vtimur obediē
tiā accipimꝰ euangelij crucifixi. Ad orro
ſc̄dm quod capiti ſcꝫ xp̄o ꝯuenit ſtola q̄ ſuper
amictū collo ſacerdotis incūbit. obediētiāꝫ
et ſuitutē ſignificat. quā dn̄s oīm ꝓpter ſuoꝝ
ſalutē ſubijt. Nā cū in forma dei eſſet nō ra
pinā arbitratꝰ ē eſſe ſe equalē deo. Exinani
uit ei̇̄ ſemetip̄m formā ſerui accipiēs. factꝰ
obediēs vſqꝫ ad mortē. mortē autē crucis
Cauſam q̄ppe mortalitatis nec traxit origi
ne nec ꝯmiſit in ope. Stola et repſentat li-
gaturā q̄ ih̄s ligatꝰ fuit ad colūnam. Sta-
tutū eſt in canonibꝰ ne ſubdiaconi lectores

et pſalmiſte orarijs ſiue ſtolis vtantur.

De manipulo.

Ecclesia ſperans ſociari angelis ⁊ archãgelis de q̄bus in p̄fatiõe fcã ẽ mẽtio. ſtati pꝰ illã cõformat ſe angelico cãtui canẽs hymnũ illũ Sanctꝰ ſanctꝰ ſanctꝰ. ⁊c. q̄ẽ ſixtꝰ papa p̄mus inſtituit decãtari. Hic ẽ cãtꝰ puerorũ quẽ cãtauerũt dño offerẽti ſe illis ĩ decima luna q̄ quaſi reſeruatꝰ fuit vſq̃z ad decimã quartã lunã ĩ bethania. Cũ ergo ſacerdos finit laudẽ ſiue p̄fationẽ. totꝰ choꝛꝰ q̄ rep̄ſentat eccl'iaz ſil' canit dictũ angelicũ hymnũ vt vna ⁊ eq̃lis gloria ⁊ laus ⁊ honor decantet̃ patri ⁊ filio ⁊ ſpũiſancto. Notãduz aũt ẽ ꝙ hymnꝰ iſte ptim angeloꝝ ⁊ partim hoĩuz v̾ba ꝯplectit̃. Prima enĩ ps laudẽ ꝯtinet angeloꝝ. vltima hoĩuz. Legit̃ enĩ in Eſa. vj. c. ꝙ ſeraphin clamabãt alter ad alterũ ⁊ dicebant ſanctꝰ ſanctꝰ ſanctꝰ dñs deꝰ exercituũ. plena ẽ oĩs terra glĩa eiꝰ. Legit̃ q̃z in euãgelio Mathẽ. xxj. c. ⁊ Marce. xj. c. ꝙ q̄ p̄ibãt ⁊ q̄ ſeq̄bant̃ clamabant dicentes Oſanna filio dauid. bñdictꝰ q̄ venit ĩ noĩe dñi. Siquidẽ vox angeloꝝ. ſ. oſanna in altiſſimis trinitatis ⁊ vnitatis ĩ deo ꝯmẽdat archanũ. Uox hoĩuz ſcz oſãna filio dauid diuinitatis ⁊ humanitatis ĩ xp̄o p̄ſonat ſacramẽtũ. Merito aũt cãtica angeloꝝ in eccleſia cãtamꝰ. q2 p hoc ſacrificiũ terrena celeſtibus iũgi nõ dubitamꝰ. ⁊ idõ cũ eis in excelſis ſaluari clamamꝰ. Illud etiã aduertẽdũ ẽ ꝙ ter dr̃ ſanctus. vt notet̃ trinitas ſeu diſtĩctio p̄ſonaꝝ. ſed ſel' tãtũ dr̃ dñs deꝰ ſabaoth. vt notet̃ diuine. vſie vnitas. q2 vnitas adorat̃. vt ſic trinitatiſ ⁊ vnitatis myſterio cõprobet̃. Itẽ dr̃ ter ĩ ſingulari numero ſãctus ⁊ ñ dr̃ pluralit̃ ſãcti. vt vna ſãctitas in his tribꝰ p̄ſonis. ⁊ vna eternitas ĩtelligatur Hoc ñ ſolũ ſeraphĩ clamabãt ſub excelſo dei ſolio ſm pphetã. ſed ⁊ quattuoꝛ aĩalia ſm apoc. In circuitu ſedis req̃ez ñ hẽbant

die ac nocte. dicentia sctūs sctūs sanctꝰ dn̄s de
us oīpotēs. Dicit̄ aūt deꝰ sanctꝰ .i. sctificās.
nō aūt sctificatꝰ. Vn̄ sci estote. qꝛ ego san
ctus sū dn̄s deꝰ vester. Dicit̄ pater sanctus
dicēte filio. Pater sanctifica eos ī veritate
q̄s dedisti mihi. qꝛ tu sctūs es. Dicitur filiꝰ
sctūs angelo ꝓtestāte. Qd̄ nascet̄ inquit ex
te sanctū vocabit̄ filiꝰ dei. Dicitur sanctus
spūssanctus xp̄o dicēte. Accipite spūm san-
ctū quoꝝ remiseritis peccata remissa erūt.
Dicit̄ quoqꝫ dn̄s deꝰ sabbaoth ꝛ dn̄s exer
cituū videlicet angeloꝝ ꝛ hoīuꝫ. quoꝝ terri
bilis ē vt castroꝝ acies ordinata. de quo in
ps. dicit̄ ab angelis. Quis ē iste rex glīe do
minus virtutū. ꝛc. Tot enī exercitꝰ hꝫ deus
in terra quot sūt ordines in ecclīa. tot habꝫ
in celis qt ordines sunt ī angelis. Noīe er-
go celoꝝ ꝛ terre angeli ꝛ hoīes dīna pleni
gratia hic ꝓhibent̄. Vel ad litterā celi ꝛ ter
ra gloria diuina replent̄. qꝛ deitas est vbiqꝫ
Vn̄ propheta. Si ascēdero in celū tu illic
es. si descēdero ad infernū ades. Sabaoth
ergo dn̄s exercituū siue miliciaꝝ v̄tutū siue
victoriaꝝ īꝑtat̄. l' oīpotēs vt ipse sit domi
nus deꝰ ꝛ ipse oīpotēs qui exercitꝰ angelo
rū atqꝫ hoīuꝫ disponit. Et iō subdit. Pleni
sunt celi ꝛ terra glīa tua. Hoc ē vt eiꝰ gloria
celi ꝛ terra gubernent̄. ꝛ qui in celis ꝛ qui ī
terra sunt glorificēt ꝛ honorēt nomen san-
ctū eiꝰ. Celi aūt pleni sunt glīa re. terra spe.
Tūc v̄o ꝛ re plena erit cū adīplebit̄ illud. fi
at volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra. Duꝫ
aūt dicimꝰ. pleni sūt celi ꝛ terra gloria tua.
agimꝰ grās creatori de oībꝰ b̄n̄ficiȷ̄s. dum
v̄o dicimꝰ. B̄n̄dictꝰ q̄ venit. agimus grās
specialit̄ de b̄n̄ficio redēptiōis. qꝛ enī neces-
sariū ē ad eternā salutē incarnatōis myste
riū ꝯfiteri recte subiūgit̄. B̄n̄dictꝰ q̄ venit ī
noīe dn̄i. Ego inquit veni ī nomīe patris
mei. Nomē patris ē filiꝰ de q̄ dicit ꝓpheta
Ecce nomē dn̄i venit de lōginquo. Vn̄ er-
go sanctꝰ inchoat̄ inclinati stare debemꝰ.
qꝛ tūc incarnationē maiestatēqꝫ diuinam
p angeloꝝ hominūqꝫ cātū recognitā vene
ramur. Rursus dicēdo. B̄n̄dictꝰ. ꝛc. ꝛ cuꝫ
hec sint de euāgelio debemꝰ signū seu ver-
illū crucis nobis facere seu īponere. qꝛ xp̄s
per crucē triūphauit ꝛ nos triūphare facit
Qn̄ enī xp̄s venit ad hierusalē ꝛ descendit
de monte oliueti. tunc filij isrl' clamauerūt
dicentes. B̄n̄dictꝰ qui venit in noīe domi-
ni. Qui aduētꝰ xp̄i in hierusalēꝫ significat
futurā resurrectionē quādo ipse veniet iu-
dicare viuos ꝛ mortuos. ꝛ apparebit nobis
in eadē carne qua ꝓ nobis passus ē. ꝛ tunc
in noīe iesu omne genu flectet̄ celestiū. ter.
ꝛ infer. Vn̄ ꝛ ex nūc quidā incipiunt genu
flectere ꝛ deuote orare. Sequit̄. Osanna
qd̄ ē verbū hebreuꝫ ꝛ significat salua obse-
cro. supplendū ē populū tuū vel totū mūdū
Cōpositū quidē v̄bū ē ex osi. qd̄ interꝑtat̄
saluifica. ꝛ anna qd̄ ē apud hebreos interie
ctio obsecrātis. motū animi significās sub
depcātis affectu. Integre ergo dr̄ osianna
qd̄ nos corrupta medij vocabuli lrā ꝛ elisa
dicimꝰ osanna. qd̄ facimꝰ vel ex ignorātia
aut scient̄ sinalimphātes vocalē elidimus
put in metris fieri ꝯsueuit. Dicit̄ autē bis
osanna in excelsis propt̄ duas ptes salutis
q̄ sunt stola mētis ꝛ stola carnis. qbus san
cti beatificāt̄ in glīa. vt videlicet aīa ꝛ cor-
pore sanctificati ꝛ saluari inter angelos re-
putemur in excelsis. i. in altis sꝫ in celo. re-
pitur aūt hic v̄siculus in psalmo. cxvij. qd̄
enī turbe dixerūt osanna. hebr qd̄ dr̄ ibi O
dn̄e saluū me fac ꝛ eisdē v̄bis ibi subiūgit̄.
B̄n̄dictꝰ q̄ venit ī noīe dn̄i. Sane in han-
geloꝝ ꝛ hominū cōcētu. qn̄qꝫ organa ꝑcre
pāt qd̄ a dauid ꝛ a salomone introductū ē
qui instituerūt hymnos in sacrificijs orga
nis ꝛ alijs instrumētis musicis cōcrepi et
laudes a ꝑplō ꝯclamari. Verūm̄ q̄nto cor
maiꝰ ē corpore. tāto dn̄o deuotiꝰ corde q̄ꝫ
corpore cōfitemur. De h' dicet̄ in fine ꝓhe-
mij quinte ptis. Ex nūc autē gestibꝰ ꝛ ver-
bis christi passio repn̄tat̄. Nā diaconus et
subdiaconꝰ post dorsū vadūt epi seu sacer
dotis in q̄ fuga aploꝝ in xp̄i passione signi
ficat̄. put in ti. de oblatiōe dictū ē. Si q̄ v̄o
stāt retro altare ꝓspicientes in epm̄. signifi
cant mulieres que a longe stātes eiꝰ passio
nē viderūt. Oēs aūt ꝛ qui retro stāt. ꝛ qui
in faciē episcopi inspiciūt inclināt se. maie-
statem diuinā ꝛ incarnationē domini ve-

nerantes que per cantū angeloꝝ et hoīum introducta ſunt. Ordo enim angeloꝝ dicens. Sanctus ſanctus ſanctus. dominus deus ſabaoth. maieſtatem introduxit diuinam. Ordo vero hominum dicens. Benedictus qui venit in nomine domini. aduentum ſignificauit in carne. Ipſa quoqꝫ inclinatio meſticiā ſignificat diſcipuloꝝ de morte chriſti. qui nō audebāt ſe erigere ⁊ cōfiteri ſe eſſe diſcipulos eius. Ideoqꝫ ſtant inclinati donec dicatur. Libera nos a malo. Vanū etenim erat eis ante lucē ſurgere. id eſt ante reſurrectionē ď chriſto gloriari. per quā ſunt ab omnibus tribulationibus liberati. Vnde ⁊ hec petitio ī dominica oratione ſeptima eſt qui numerus eſt vniuerſitatis. De hoc dictū ē ſub ti. qualiter epiſcopus vel ſacerdos ad altare. ⁊c.

## De ſecreta ſeu canone miſſe.

Poſt acclamatū preconium ſequit̃ ſecretū ſilētiū in quo ⁊ miſſe canon deuote dicitur et ſacrum myſteriū peragit̃. qđ fit per ſolum ſacerdotē. quoniā ſcd̄m mattheū chriſtus ſolꝰ orauit. Et ſcd̄m quoſdam hic incipit miſſa. q̄nam cetera ſunt de ſolennitate. Canō aūt miſſe ⁊ oblatio. vt dictum eſt in ti. de prefatione ⁊ actio ⁊ canon ⁊ ſacrificium ⁊ ſecreta vocatur. Actio dicit̃ propter ſacra miſteria que in eo agunt̃. ⁊ q̄ꝛ tunc cū deo agit̃ cā noſtra vt dictum ē in prohemio huiꝰ ꝑtis. Vn̄ quia in .c. illo. Cōmunicātes. ⁊c. et in illo. Hāc igitur oblationē. certis diebus vltra ordinaria canonis ſeu actionis verba quedā addunt̃ ⁊ dicunt̃. ideo in miſſalibus in varijs locis ſup illas additiōes ſcribit̃ talis titulus ſeu rubrica. Infra actiōē eo q̄ illa infra ſeu quaſi in medio ipiꝰ actionis ſiue canonis dici debēt. Canon vō dr̄ q̄ꝛ regulis patꝝ cōpoſitꝰ ē. a ſanctis eī patribꝰ aliqua verba myſtica ſūt ibi inſtituta. Canō aūt grece dicit̃ regula latine. Dicit̃ etiā canō q̄ꝛ regulariť chriſtus verꝰ ſacerdos in eo repñtat̃ ſeu per hūc regulariter fit cōſecratio ſacramenti. Sacrificium autē dr̄ a ſua parte digniori de quo dictū eſt ſub titulo de oblatiōe. Secreta dr̄ quaſi nobis occulta. quia humana ratio nequaq̄ꝫ tātum plenarie myſterium cape poteſt. Ad qđ ſignificādum merito ſecreta voce celebratur. Ad hoc etiā ſignificādum ſacerdos ſecretū intrās quaſi velatur quibuſdā cortinis. que ſūt ī lateribus altaris. prout infra dicet̃ ī quarta ꝑticula canōis ſup vbo. Hāc igit̃. dr̄ etiam ſecreta. q̄ꝛ ſecrete et ſub ſilētio dr̄. Chriſtꝰ eī ad conſecrationem corporis ſui venturꝰ ſecrete ⁊ ſolus orabat. ab hora cene vſqꝫ dū ſuſpēſus ē ī cruce. q̄s oratiōes ſecreta ſignificat. Priſcis q̄ꝫ tꝑibus antiq̄ patres ſub ſilētio ſacrificabāt ⁊ communicabāt. qđ etiam ī ſabbato ſācto obſeruamꝰ. Preterea vt iohēs euāgeliſta deſcribit poſtq̄ꝫ xp̄s honorifice fuit receptꝰ ⁊ magnificatꝰ a turbis cū palmis ⁊ laudibꝰ abiit ⁊ abſcōdit ſe nō vtiqꝫ trepidātis formidine ſed diſpēſatiōis officio. q̄ꝛ nōdum venerat hora eiꝰ que poſtq̄ꝫ aduenit ſpōtaneuſ ad paſſionē acceſſit. Illud ergo chriſti latibulū hoc ſecretū ſilētiū repñtat. ī quo ſola dirigit̃ ad dñm ītēta deuotio. Tūc eī ſacerdos ītrare dꝫ ad cubiculum cordis ⁊ oſtio ſenſuū corꝑis clauſo. deū patrē orare. q̄ ex auditor ē clamoris cordis nō vocis. Vnđ anna typū gerēs eccl'ie. n̄ petitiōe clamoſa ſed tacita deuotiōe qđ petiuit impetrauit. de qua ī li. reg̃. legit̃. q̄ loquebatur in corde ſuo ⁊ labia eius tāt̄ mouebātur. ſꝫ vox penitus nō audiebat̃. Vn̄ ⁊ moiſi dn̄s īquit Quid clamaſ ad me cū tn̄ ipē taceret. Propheta etiā dicit. Dicite ī cordibus veſtris et ī cubilibus veſtris compūgimini. Pōt tn̄ dici q̄ ꝓxima ſecretella repñtat tēpus illđ qn̄ xp̄s venit hieroſolymam ad diē feſtum nō māifeſte. hec aūt ſecreta tēpus illud quo receptus fuit in hierl'm cū hymnis ⁊ ramis ⁊ ſexta feria ſequēti crucifixus fuit. ꝑfatio vō illud qn̄ chriſtꝰ ī cenaculo hymnū retulit. ⁊ illo dicto exierunt in mōtē oliueti. ſurſū corda aſcēdentia. Secūdo iđ ſecreta ī ſilentio dr̄. ne ſacerdos clamādo his que agunt̃ minus ītendat. Tertio ne vox ſacerdotis nimio clamore ďficiat. Quarto ne ſacroſā

cta verba vileſcāt. Fert enī ꝙ cū antiqu(itus)
publice ⁊ alta voce canon diceret. oēs pene
ꝑ vſū illū ſciebāt. ⁊ ī plateis ⁊ ī vicis decan
tabāt. Vñ cū qdā paſtores illū ī agro cāta
rēt. ⁊ panē ſup lapidē poſuiſſent. ad vbo(rum)
ipoꝝ ꝓlationē panis in carnē ꝯuerſus eſt.
Ipi tñ diuino iudicio igne celit(us) miſſo ꝑcuſ
ſi ſunt. Propt̄ qd ſcī patres ſtatuerūt vba
iſta ſub ſilentio dici. inhibētes ſub anathe
mate ne ꝓferant̄ niſi a ſacerdotibus ſup al
tare ⁊ ī miſſa ⁊ cū veſtib(us) ſacris. Quedaꝫ
etiā orōnes q̄ añ ꝓfationē ſub ſiletio dicūt̄
ſecrete vocāt̄. De q̄ ⁊ de ſilentio ſub ti. de in
clinatiōe ſacerdotis dictū ē. Cōſecrātis er
go mēs vt ꝓmiſſū ē. ad id ſolū dꝫ eē intenta.
Nā eos q̄ adorāt in ſpū ⁊ veritate adorare
oportet. Ne vō muſce morietes ꝑdāt ſuaui
tatē vnguēti. i. ne iportune cogitatiōes tol
lāt deuotionē orōnis flabello ſpūs abigāt̄
idē inſpiratōe grē repellant̄. q̄tenuſ auſter
aduenies ⁊ ſpūſſanct(us) accedēs. perflet ortū
idē mētē fecūdet vt aromata fluāt. i. vt vir
tutes abūdēt. Ad qd etiā ſignificandū eſt in
tpe materiale flabellū dū ſecreta dr̄ adhibe
tur. Hac etiā rōne videlicet ne muſce veni
entes ꝑdāt ſuauitatē vnguēti. dici pōt ꝙ ca
non dici dꝫ expedite. nō moroſe. ⁊ ne audi
torib(us) tediū generet̄. Vñ in Exo. dr̄. Fac fe
ſtināter qd de imolatiōe agni dictū ē. Et ꝓ
bat̄ etiā ibi. Et comedetis feſtinanter. Sed
nec nimis etiā feſtināter. q2 nō dꝫ ſacrificiū
ſine ſale. i. diſcretiōne ⁊ deuotiōe offerri. de
bet etiā in librō legi ne vllus error ꝯtingere
poſſit. Porro ſacerdos miſſā celebrās rep
ſentat eā q̄ olim pōtifex intra ſancta ſancto
rū egit ⁊ q̄ xp̄s egit quē ille ꝓfigurauit. Si
q̄dē eā q̄ fiūt a ꝑncipio ſecrete vſqꝫ in finem
paſſionē dñi ſepulturā ⁊ reſurrectionē dñi
cam repñtāt. Recolit̄ enī ibi memoria eoꝝ
q̄ geſta ſūt ꝑ hebdomadā añ paſcalē a deci
ma luna ꝑmi mēſis qñ ieſus abijt hieroſo
lymā vſqꝫ ad ſeptimā decimā qñ reſurrexit
a mortuis. Propt̄ qd in pleriſqꝫ ſacramē
tarijs inter ꝓfationē ⁊ canonē imago cru
cifixi depingit̄. vt nō ſolū ītellect(us) littere ve
rū etiā aſpect(us) picture memoriā dñice paſ
ſionis inſpiret. Et forte diuina factū ē ꝓuidē

tia. lꝫ hūana nō ſit induſtria ꝓcuratum vt
ab ea littera canon incipet. T. a t q̄ hebraice
thau dr̄. q̄ ſui forma ſignū ⁊ myſteriuꝫ cru
cis oñdit ⁊ exꝑmit dicēte dño ꝑ ezechielem.
Sig̃ thau ī frōtib(us) viroꝝ dolētiū ⁊ gemen
tiū ſup abominatiōib(us) hierlm. Quoniā ꝑ
xp̄i paſſionē hꝫ oīa in cruce īpleta ſūt. ⁊ effi
caciā habēt. In quibuſdā tñ codicibus et
maieſtas patris. ⁊ etiā imago depingitur
crucifixi vt ſacerdos q̄ſi p̄ñtē videat quē in
uocat ⁊ quē alloq̄t̄ dicēs. Te igit̄. ⁊c. ⁊ paſ
ſio q̄ hic repñtat̄ cordis oculis ingerat̄. Sa
cerdos aūt oſculat̄ pedes maieſtatis ipſi(us)
⁊ ſe ſig̃t in frōte. innuēs ꝙ reuerent̄ ad mini
ſteriū paſſionis accedit. Quidā tamē pri(us)
oſculant̄ pedes maieſtatis. ⁊ poſtea cruci
fixi ſcḋm ſeriē canonis. Alij ecōtra. q2 ꝑ filiuꝫ
ꝑuenit̄ ad patrē. Deīde dicēs. Te igit̄. ſe in
clinat vt ibi dicet̄. Secreta ergo paſſioneꝫ
repñtat. Paſſio īcipit ibi. Vñ ⁊ memores
⁊c. crucifixio ibi. Hoſtiā purā. hoſtiā ſcām.
hoſtiā īmaculatā. Orō vō a xp̄o ī cruce in
cepta ibi. Supplices te rogam(us). ⁊c. Epi ſeu
ſacerdotis īclinatio tunc ſcā añ altare ſigni
ficat emiſſionē ſpūs capite īclinato. Eleuatō
vocis cū dr̄. Nobis q̄ꝫ ſignificat exclamati
onē centuriōis dicētis. Vere filius dei erat
iſte. Due cruces ſup corp(us) ⁊ calicē facte do
cent xp̄m ꝓ duob(us) populis crucifixū. Ob
lata in calice ſignificat corpus xp̄i. Vinuꝫ
in calice ſanguinē eius. Subdiaconus re
cedēs a facie epī incipiētis. Pater noſter ſi
gnificat mulieres ſepulto dño recedentes
a monumēto. Patena ſignificat feminaruꝫ
corda in obſequio ſepulture xp̄i latitudine
charitatis patentia. ꝑout ſub ti. de oblati
one dictū ē. De his ꝓ ſua loca dicet̄. Tra
dit̄ aūt ꝙ gelaſius ꝑpa quinq̄geſim(us) pri
mus a beato Petro canonē ꝑncipalit̄ or
dinauit. Nō enī ſecreta tota ſimul ab vno
ꝯpoſita ē. ꝓut dicet̄ in tertia particula ſup
verbo. Cōicātes. Et licet aliqua verba ſūt
ab aliquibus quos tñ ignoramus addita
que in euāgelij textu nō cōtinent̄. vt dicet̄ ī
vj. ꝑticula ſup vbo. Eleuatis oculis. nulli
tñ ſubtrahere vel addere licet. niſi forte quā
doqꝫ eoꝝ noīa ꝑ quo(s) nominatꝫ ſacrifi

cū offert. ſicut inferi⁹ in .x. pticula oñdetur
Notādū v̓o ē ꝙ q̇dā ſedēt in canone miſſe.
ſignificātes apl̓os q̄ ſedebant triſtes de nece
dñi in cenaculo. Alij ſtāt ſignificātes moy
ſen q̄ extēſis manib⁹ orabat ⁊ aaron ⁊ hur
illius man⁹ ſuſtētabāt. De q̄ ſub. ti. de ora/
none dictū ē. Quidā v̓o vt aliq̄ de miſtris
nec ſedēt nec ſtāt. ſed in veſtib⁹ ſacris ſūt fa
cie inclinati. prout dictū ē ſub ti. de ſanctus.
⁊ ſub titulo q̄liter ſacerdos ⁊ miniſtri ad al
tare debent ſtare.

Expoſitioni canonis hic vacare p/
uidim⁹. Verūtñ q̄cq̄d exponēdo
conamur exp̄mere vix illi⁹ appar
ē momēti. Deficit nāqꝫ lingua. ſermo diſ/
paret. ſupat̄ igeniū. opprimit̄ intellect⁹ pul/
ſabo tñ ad oſtiū vt amicus accōmodet mi
hi tres panes. q̄ maxie in h̓ ꝯuiuio neceſſa/
rij erūt. videlicet fidē q̄ petit ⁊ accipit vitaꝫ.
ſpem q̄ querit ⁊ inuenit viā ⁊ charitatem q̄
pulſat ⁊ aperit veritatē. Canon aūt vndecī
ꝯtinet ptes. Secūda incipit ibi. Memēto
dñe. Tertia ibi. Cōicātes. Quarta ibi. hāc
igit̄. Quinta ibi. Quā oblationeꝫ. Sexta
ibi. Qui p̄die. Septima ibi. Simili mō. Oc/
taua ibi. Vñ ⁊ memores. Nona ibi. Sup
plices te rogam⁹. Decima ibi. Memento.
Undecima ibi. Nobis quoqꝫ. Alij dicunt
ꝙ ꝯtinet duodecī ptes. Scd̓a ps incipit ibi
In p̄mis. Tertia ibi. Memēto. Quarta
ibi. Cōicātes. Quīta ibi. Hāc igit̄. Sexta
ibi. Qui p̄dic. Septima ibi. Vñ ⁊ memo/
res. Octaua ibi. Supra q̄ ꝓpicio. Nona
ibi. Memēto. Decima ibi. Nobis q̊ꝫ. Un
decima ibi. Per quē hec oīa. Duodecima
ibi. Orem⁹ p̄ceptis ſa. mo. Sꝫ ſm alios ſex
ſolū ꝯtinet ptes. Scd̓a incipit ibi. In p̄miſ
Tertia ibi Cōicātes. Quarta ibi Hāc igi
tur. Quinta ibi. Supplices te rogam⁹ Se/
xta ibi Orem⁹ p̄ceptis. Sūt etiā q̄ dicūt ꝙ
quinqꝫ ſunt tātūꝫ ptes. Vñ ⁊ q̄nquies per
xp̄m dñm noſtrū ꝯcludit. eo ꝙ p q̄nqꝫ ꝑtī
tā dñi paſſionē orō fideliū exaudit̄. de h̓ di/
ctū ē in fine prohemij hui⁹ ptis. ¶ Incipit
ergo canon ⁊ ei⁹ p̄ma ꝑticula. Te igit̄. ⁊ ex
ponit̄ igit̄. i. certe. ſacerdos enī h̓ dicēs. allo
quit̄ deū tanq̄ꝫ ꝑñtē. Vel iſtud igit̄ ꝯtinu/
at p̄cedētia. q. d. Tu es ſanct⁹ dñs. igit̄ cle/
mentiſſime pat̄. i. clariſſima mēte abūdātiſ
ſime. vel. i. miſericordiſſime vel. i. mētē clari
ficās. mens enī clareſcit cū deū propicium
ſentit. Que verba dicēdo ſacerdos ſe añ al
tare inclinat. ſiḡficās ꝙ petr⁹ inclinauit ſe
dū ꝓſpexit in monumentū. Rurſus hec ſa
cerdotis inclinatio in p̄ncipio canonis hu
militatē xp̄i ad paſſionē. qꝛ ſacerdos ipſe
cū reuerētia ad myſteriū crucis accedit. ſi/
gnificat. Et in his v̓bis notat̄ ꝙ ſicut legal̓
ſacerdos vultū verſus propiciatoriū habe
bat. ꝑut dictū ē in ꝓhemio huius ptis. ſic et
noſter ad dei clemētiā cor dꝫ habere. ⁊ ſicut
pōtifex intrabat in ſancta ſanctoꝝ ſemel in
anno ferēs ſanguineꝫ hirci aut vituli. ſic et
xp̄s p propriū ſanguinē ſemel introiuit in
ſancta eterna redēptiōe inuenta. ſic ⁊ mini
ſter eccl̓ie intrat cū ſanguine in ſancta ſan/
ctoꝝ. quoniā in mēte memoriā ſanguinis
chriſti gerēs ſecrete inchoat myſteriuꝫ qui
nō ſolū mente ſed etiā crucis ſignaculo. de
quo iā dicet̄. chriſti recitat paſſionē. Seq̄t̄.
Supplices. i. humiles. vti accepta habeas
i. vt accipias ſeu vt grata habeas. ⁊ hic oſcu
lat̄ altare in reuerētiam paſſionis. per hoc
cōpati ſe oſtendens. Nanc eadē die q̄ lau/
des a turbis xp̄o ſunt acclamate. videlicet
x. luna p̄mi menſis q̄ñ ſm legē typic⁹ agn⁹
in domos hebreoꝝ inferebatur ver⁹ agn⁹
ieſus chriſtus ingreſſus eſt hieroſolymaꝫ
⁊ multis inſidijs querebatur ad mortem.
Tradit⁹ eſt aūt a tribus ſcꝫ a deo. p nobis
Vñ apl̓s. Proprio filio ſuo non pepercit
de⁹ ſꝫ p nobis omnib⁹ tradidit illum. A iu
da. Vñ ī mattheo. Querebat iudas opor
tunitatē vt eū traderet. Et a iudeis pylato.
Vñ in iohāne. Gens tua ⁊ pontifices tui
tradiderūt te mihi. Prima traditio fuit ex
gratia. quia dilexit nos. ⁊ tradidit ſeipſum
p nob. Scd̓a ex auaricia. q ꝯſtituerunt ei
xxx. argēteos. Tertia fuit ex inuidia. Scie/
bat enī pylatus ꝙ p inuidiā tradidiſſent eū
De⁹ ergo tradidit illū ex dono. iudas pro
munere. iude⁹ in ſacrificiū illibatū. Ad qd̓
deſignādū ſacerdos facit tres cruces ſup
oblatam ⁊ calicē cum dicit. Hec dona hec

munera.hec ſcā ſacrificia illibata.q.d. Of-
ferimꝰ tibi clementiſſime pat̃ hͤ dona hͤ mu-
nera.hec ſcā ſacrificia. ꝯmemorātes illam
traditionē quā deꝰ fecit ex dono.iudas pro
munere.iudeꝰ ī ſacrificiū illibaniꝫ.ſinguli
tū ad mortē.mortē aūt crucis.Scḋo etiam
fiūt tres cruces ī reuerētiā eiꝰ q̄ ē trinꝰ deꝰ.
cuiꝰ potētia fit ꝯuerſio panis ⁊ vini. Ter-
tio ī figurā triplicis vnionis ī acceptōe ſal
uatoris.Quarto in memoriā trine crucifi
xionis.Prima fuit ī volūtate pſequētiū.d̄
q̄ Matth.xxvi.Collegerūt pōtifices.⁊c.Se
cūda fuit in voce clamantiū.de q̄ Marcꝰ.
xxvij.At illi magis clamabāt.crucifige euꝫ
Tertia fuit ī crucifixione manuū et pedūꝫ
de q̄ Lucas.Crucifixerūt eū.Quīto in ni
bus crucibꝰ tps aū legē.qḋ tps tribꝰ diſti-
guit̄ interuallis īmuīnꝰ.ſ.ab adā ad noe.ī
de ad abraā.⁊ inde ad moiſen.In q̄bꝰ tpi-
bus iuſti xp̄m ſuis ſacrificijſ pſigurauerūt
vt abel in agno.melchiſedech ī pāe ⁊ vino.
⁊ abraā ī filio.Verꝫ p p̄miſſa tria v̄ba ū ali
ud atqꝫ aliud dr̄.ſꝫ res vna.p ſui magnitu-
dine diuerſa appellanōe laudat̄.Bonuꝫ q̄-
dē ē dātis.munꝰ accipiētis.ſacrificiuꝫ offe-
rēns.Pater dedit.filiꝰ obtulit.ſpūſſanctuſ
accepit.Vn̄ aplſ.Chriſtꝰ p ſpūm ſāctuꝫ ſe
metipſū obtulit deo īmaculatū.Siguli tū
dederūt.obtulerūt.⁊ acceperūt.Sed ad di-
ſtinctionē dicit̄ pat̄ dediſſe propt̄ autorita-
tē.filiꝰ obtuliſſe propt̄ humilitatē.ſpūſſan-
ctus accepiſſe propt̄ benignitatē.Eadē enī
ſacrificia dona ſūt ſil̄r ⁊ munera.Dona ſūt
nobis ad ſuſtētationē a deo collata.mune
ra ſunt a nobꝭ deo vt laudet̄ oblata.Nā ⁊
q̄ ſacris offerunt̄ altaribꝰ ⁊ munera nūcu
pant̄ ⁊ dona.Vn̄ ⁊ dn̄s inq̄t in euangelio
Si offers munꝰ tuū ante altare.vade priꝰ
rēcōciliari fratri tuo.Et daniel dixit ad bal
thaſar.Munera tua tibi ſint ⁊ dona tua al
teri da. Et alibi.Reſpexit deꝰ ad abel ⁊ ad
munera eiꝰ. Sacrificia dicūt̄.q꞉ ſacrificāt
⁊ offerūt p pctīs noſtris ⁊ nos ſacros effi-
ciunt.Vn̄ aplſ inq̄t de pontifice.vt offerat
dona ⁊ ſacrificia.p pctīs.Sermonū igit̄ ī-
culcatio pie deuotiōis ē excitatio ⁊ ineffa-
bilis ꝯmēdatio ſacramēti.qḋ ſacramētū di

gne eucharistia appellat̄.put dicet̄ i.vj. pte
ſup v̄bo.Qui pridie.Prope aūt munꝰ hoī
donū dat̄ deo.Nā munera dicūt̄ q̄ mani-
bus dāt̄ vl̄ accipiūt̄.Rurſus dicūt̄ dona
q̄ ad panē ī q̄ ē farina ⁊ aq̄.munera q̄ ad vi
nū ī q̄ ē vinū ⁊ aq̄.hec ſcā ſacrificia quo ad
vtrūqꝫ.Scḋm augu.Dona offerimꝰ cuꝫ
nos ipſos deo offerimꝰ ⁊ donamꝰ.munera
cū eiꝰ bn̄ficiorꝫ memores ſumꝰ.ſacrificia illi-
bata cū ei hūilitatē ⁊ laudes īpēdimus.Et
nota q̄ idō dr̄ pluralr̄ dona.munera.ſacrifi-
cia.q꞉ panis ⁊ vinū piuſq̄ꝫ ꝯſecret̄. ⁊ diuer-
ſe ſūt ſpēs ſubſtātiarꝫ.⁊ diuerſe ſubē ſpēruꝫ
ſꝫ vbi ꝯſecratio celeſtis acceſſerit.ſpēs q̄deꝫ
remanēt ſꝫ ſubē ꝯuertūt̄.itaqꝫ diuerſa ſunt
ꝯtinētia ſꝫ vnicū ē ꝯtētū.nā idē ſub vtraqꝫ
ſpē ꝯtinet̄.licet nō ī idē vtraqꝫ ſubā ꝯuerta
tur ſicut infra planꝰ ⁊ plenꝰ oſtēdet̄.Dicū
tur etiā ſcā ⁊ illibata.q꞉ panis ⁊ vinū ſancti
ficāt̄ ī ſacroſanctū corpꝰ ⁊ īmaculatū ſan-
guinē ieſu xp̄i.Nō enī dicūt̄ illibata q̄ nō-
dū guſtata.ſꝫ potiꝰ dicūt̄ illibata.i.īmacu-
lata q̄ ſine macula cordis ⁊ corpis oportet
offerri.q̄tenꝰ ⁊ cor ab iniq̄tate.⁊ corpꝰ ab ī-
mūdicia purget̄ anq̄ꝫ offerāt̄. Quoniā vt
ait aplſ.Quicūqꝫ mādūcauerit panē ⁊ bi
berit calicē dn̄i īdigne.reꝰ erit corpis ⁊ ſan
guinis dn̄i.Probet aūt ſeipſū hō ⁊ ſic de pa-
ne illo edat ⁊ de calice bibat.q̄ enī mādūcat
⁊ bibit īdigne iudiciū ſibi mādūcat ⁊ bibit
Dicūt̄ ergo illibata.i.ſine labe.ſicut agnuſ
paſcal̄ī maculatꝰ.q̄ ſignificat xp̄ꝫ q̄ ē ſine ma
cula.i.ruga. Vel illibata.i.incorrupta non
q꞉ ſubſtātia panis ⁊ vini corrūpi nō poſſit
ſꝫ q꞉ corpus et ſanguis filij dei in que virtu
te verborꝫ ſpēs iā trāſſubſtātiate ſūt corrū-
pi nō poſſunt.Vn̄ ps.Nō dabis ſanctum
tuū videre corruptionē.Tertio dicit illiba-
ta ad notādū q̄ nullꝰ extraneꝰ ad fideꝫ dꝫ
approximare illis.vt dicet̄ in tertia particu-
la ſup v̄bo.Cōicātes.Tria aūt ſūt eccl̄ie
ſacrificia p tria q̄ ſicbātur veteri teſtamen-
to figurata.put dictū ē in prohemio huiuſ
ptis.Sequit̄.In primis q̄ tibi offerimꝰ ⁊c
Sane legalis pōtifex ingrediēs ad ſancta
ſanctorū orabat.vt dictū ē in prohemio hu
ius partis ⁊ xp̄s ante paſſionem orauit ſe

glorificari diſcipuloſq̄ꝫ ꝯſeruari. ꝛ nūc etiā ſedēs ad dextrā patris interpellat ꝓ nobis ſic ꝛ noſter miniſter ſequēs aaron ꝛ xp̄m ꝓ tota ſupplicat eccl'ia q̄ ꝯſiſtit ī p̄latis ꝛ ſubiectis. Licet aūt vn᷒ tm̄ ſacrificium offerat tn̄ pluraliter dicit offerim᷒. q2 ſacerdos nō tm̄ in ſua. ſed in toti᷒ eccleſie pſona ſacrificat. quapropt̄ in ſacramēto corpis xp̄i nil a bono mag. nil a malo min᷒ pficit̄ ſacerdote. put dictū ē in ꝓhemio hui᷒ ptis. Uerū nobis hic inueſtigandū occurrit quib᷒ ꝛ ꝓ qb᷒ ꝛ qualiter ꝛ q̄re debeam᷒ ſacrificium altaris offerre. Et quidē hec q̄ttuor ex ipſo canone colligere poſſumus euidenter Quib᷒ ſoli deo videlicet indiuidue trinitati. Pro qb᷒ ꝓ eccl'ia ſcā catholica videlicet ꝓ oībus ortodoxis. Qualit̄ ī vnitate fidei. videlicet in cōione ſcōꝝ. Quare ꝓ bn̄ficijs corpalib᷒ ſpūalib᷒ ꝛ eternis. ſꝫ oīb᷒ propt̄ deū. Primū notat̄ ibi. tibi reddūt vota ſua eterno deo viuo ꝛ vero. Secūdum ibi ꝓ eccleſia tua ſcā catholica. Tertiū ibi cōicātes ꝛ memo. ve. Quartū ibi ꝓ redēptiōe aīaꝝ ſuaꝝ ꝓ ſpe ſa. ꝛ incol. ſue. Sacrificiuꝫ ergo laudis offert̄. ꝛ generalr̄ ꝓ cūctis ꝛ ſpēalit̄ ꝓ qbuſdaꝫ. ſ. ꝓ p̄latis q̄ ſunt iuxta aplm̄ in ſublimitate cōſtituti. ꝛ ꝓ ſubditis ꝓ viris ꝛ mulierib᷒. ꝓ ſacerdotib᷒ ꝛ aſtātib᷒ ꝓ nob ꝛ noſtris. De p̄latis ꝛ ſubditis ibi. vna cuꝫ famulo tuo papa nrō ꝛ oīb᷒ ortodoxis. De viris ꝛ mulierib᷒ ibi. Memēto dn̄e famuloꝝ famularūq̄ꝫ tuaꝝ. De ſacerdotibus et aſtātib᷒ ibi omniū circūſtātiū. ꝛ q̄ tibi offerūt h̄ ſacrificiū. De nobis ꝛ noſtris ibi ꝓ ſe ſuiſq̄ꝫ oīb᷒. ſic ergo exponēda ē lrā. Que tibi offerim᷒ ī p̄mis. i. p̄ncipalit̄ ꝓ eccl'ia tua ſcā catholica. i. vniuerſali toto terraꝝ orbe diffuſa. ſed fidei ſacramētis vnita. quā. i. vt eā pacificare digneriſ vt habeat pacē ab hereticis ꝛ ſciſmaticis ꝛ adunare q̄ diſpſa eſt int̄ ꝑfidos ꝛ paganos. Uel h̄ de q̄ orādū ē ꝓ orrodoxis ab īuicē quā ꝛ cuſtodire digneris a vicijs ꝛ demonib᷒ ꝛ regere ī pſperis ꝛ aduerſis. Ipſū enī videt̄ eē pacificare q̄ adunare. cuſtodire q̄ regere. Tūc eā pacificat cū fideliū mētes adunat. vt ꝑ ſpiritū ſanctū charitate diffuſa multitudis credētiū ſit cor vnū ꝛ aīa vna. Tunc cuſtodit cū int̄ mūdi picula regit. vt de ſcō mitens auxiliū eā de ſion tueat̄. Licet enī ī apoc. ſeptē ſcribat̄ eccl'ijs vna tn̄ ī cāticis ē columba. nā ſapiā edificauit ſibi domuꝫ ꝛ exci. co. ſe. Una igit̄ ē eccl'ia ſeptē ordinib᷒ diſtributa vel ſeptē chariſmatib᷒ inſignita. quā ipe pacificat ꝛ adunat. ille cuſtodit ꝛ regit q̄ ꝓpt̄ ipſi᷒ regimē ꝛ munimē vnuꝫ ꝓpoſuit vniuerſis vt oēs ab vno ſicut corp᷒ a capite gubernēt̄. ꝓ q̄ ſtatī orat̄ cū dr̄. vna cū famulo tuo papa nrō. q̄ v̄ba addidit clemēs papa. Nā vt inq̄t pelagi᷒ papa. ꝯſtat ab vniuerſo orbe ſepatos eē. q̄ q̄libet diſſenſione īter ſacra myſteria aplici pōtificis memoriaꝫ ſm̄ ꝯſuetudinē nō frequētāt. q̄ v̄o nō ſunt de romana dioceſi ꝓ ſuo q̄ꝫ debēt orare pōtifice q̄ten᷒ vnitatē ſpūs ī vīculo pacis obſeruēt. Uñ debēt dicere v̄ba ſequētia. ſcꝫ et antiſtite nrō. Antiſtes tn̄ ipe celebrās nō dꝫ ea dicere. Q᷒ v̄o addūt q̄dā de antiſtite et rege noua traditio ē vbi orādū eē ꝓ p̄latis oñdit̄. orādū etiā eē pro p̄ncipe apl's docet. i. ad Timo. ij. c. Obſecro inq̄t p̄mo oīuꝫ fieri obſecratiōes. orōes. poſtulatiōes. ꝛ gratiaꝝ actiōes ꝓ oīb᷒ hoīb᷒ pro regib᷒ ꝛ oībus qui in ſublimitate ſūt ꝯſtituti. vt quietā ꝛ tranquillā vitā agam᷒ in oī pietate et caſtitate. Sicut enī due ſūt vite celeſtis videlicet ꝛ terrena. vna q̄ ſpūs viuit ex deo. et altera q̄ caro viuit ex ſpū. ita due ſunt poteſtates. eccleſiaſtica videlicet ꝛ mundana vna que moderatur ſpiritualia ꝛ altera q̄ moderatur carnalia. iſta ꝑ clericos ꝛ illa ꝑ laicos. Poſt vtrāq̄ꝫ poteſtatē orandū eſt pro omnibus ortodoxis. qui vtrāq̄ꝫ fideꝫ catholicā videlicet ꝛ apoſtolicā venerātur ꝛ colunt. ꝛ ſic heretici ꝛ ſciſmatici excludūt̄. Ortodoxi enī quaſi recte gloriantes dicuntur. qui videlicet deuꝫ recte fidei confeſſiōe glorificant

## Secunda pars canonis.

**Memento domine** famuloꝝ famularūq̄ꝫ tuaꝝ ꝛ oīuꝫ circūſtantiū ꝛc. Secūda pars in qua etiā oñdit̄ orādum eē pro ſubditis.

Et ex hac iunctura v̄boꝝ euident̄ ꝯuincit̄.
ꝙ in ħ loco debeat ſacerdos ſpēalit̄ viuos
q̄s voluerit memorare. qniā ſub ſequenti.
Memēto defunctoꝝ poterit agere memo-
riā ſpecialē. Hinc etiā euident̄ apparet quā
ſanctū ſit ⁊ ſalubre miſſaꝝ intereſſe myſte-
rijs cū ſacrificiū eucharistie ꝓ circūſtātibꝰ
ſpecialit̄ offerat̄. Verū cū deꝰ nihil ignoret.
nec alicuius valeat obliuiſci q̄d ē qđ peti-
mus vt deꝰ meminerit noſtri. Porro deꝰ
dr̄ ſcire q̄s approbat. vñ Nouit dñs q̄ ſunt
eiꝰ. Et dr̄ neſcire q̄s reprobat. vñ Nō noui
vos. Rurſus dr̄ obliuiſci maloꝝ cū malus
ad bonū reuertit̄. vñ Si impiꝰ egerit pniām
omniū iniquitatū eiꝰ nō recordabor. Et dr̄
obliuiſci bonoꝝ. cū bonꝰ ad malū ꝯuertit̄.
vñ. Si iuſtꝰ a iuſticia ſua ſe auerterit oēs
iuſticias eiꝰ nō recordabor. Deꝰ etiā q̄nq̄ꝫ
recordat̄ ad miſerēdū. vñ Memēto mei de
us meꝰ qꝛ vētꝰ ē vita mea. Q̄nq̄ꝫ ad puni
endū. vñ Memēto dñe filioꝝ edom in die
hieruſalē. Petimꝰ ergo non vt noſtri memi
nerit ſꝫ vt noſtri miſereat̄ ſm̄ illud. Remi-
niſcere miſerationū tuaꝝ dñe ⁊ .m. t. q. a ſe.
ſunt. Sequit̄. Quoꝝ tibi fides cognita ē.
⁊ nota deuotio. q. d. Qui ꝓpiciaris fideli-
bus ⁊ deuotis. qui ſolꝰ vides in ꝯſcientijs
q̄ recte credāt ⁊ deuote te diligāt. vtpote re-
nū ſcrutator ⁊ cordiū. deꝰ ſciaꝝ. dñs occul
toꝝ omniū ꝑſcrutator. in cuiꝰ ꝯſpectu nul
la creatura ē inuiſibilis. Pro q̄bꝰ tibi offer
rimꝰ vel q̄ tibi offerūt ħ ſacrificiū laudis ⁊c̄
q̄ſi diceret. Memēto dñe nō ſolū eoꝝ ꝓ q̄-
bus offerimꝰ ſꝫ etiaꝫ ſacerdotū q̄ offerunt
ħ ſacrificiū laudis. Cū enī ſacerdos offert
ꝓ ipſo nihilominꝰ ⁊ ꝓ ſe. Vl' iō dicit ꝓ qui
bus tibi offerimꝰ vel q̄ tibi offerūt. qꝛ non
ſolū offerūt ſacerdotes ſꝫ ⁊ vniuerſi fideles
nā qđ ſpēalit̄ adimplet̄ miniſterio ſacerdotuꝫ
ħ vniuerſalit̄ agit̄ voto fideliū. Vel ꝓ q̄bus
tibi offerimꝰ. ſ. actu. vel q̄ tibi offerunt. ſ. de-
uotiōe. dr̄āt ſacrificiū laudis ſm̄ illud apli
Quicq̄d facere debetis oīa ī laudē dei faci
te. vt deꝰ laudet̄ ī vobis. Scđo ſacrificiuꝫ
laudis dr̄. qꝛ xp̄s grās agēs illud īſtituit. ꝓ
ut dicet̄ ī .vj. ꝑticula ſup v̄bo. Grās agens.
Tertio iō. qꝛ cū deo q̄cq̄ꝫ offerimus. ſua ſi-
bi reddimꝰ nō nr̄a largimur. Vñ pſ. Si
eſuriero nō dicā tibi. meꝰ ē enī orbis terre.
⁊ plenitudo eiꝰ. Ergo īmola deo ſacrificiū
laudis ⁊ redde altiſſimo vota tua. Quar-
to qꝛ deū laudare debemꝰ ñ ſolū qꝛ paſſus
ē ꝓ nobis. ſꝫ etiā qꝛ nobiſcū ē quottidie vſq̄ꝫ
ad ꝯſūmationē vite. Vel qꝛ non ſolū ſe de
dit ꝓ nobis ī ꝓciū. ſꝫ etiā qꝛ dedit ſe nobis ī
cibū vt ꝑ ꝓciū redimeret nos a morte ꝑ cibū
aleret nos ad vitā. vñ. Qui mādūcat me ⁊
ipſe viuet ꝓpt̄ me. Pro ſe eſſegeſis ē. i. ex
poſitio eiꝰ qđ ſeq̄t̄ ſcꝫ ꝓ redemptione aīaꝝ
ſuaꝝ. Pro ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſue.
Sequit̄. ſuiſq̄ꝫ oībus ⁊c̄. videlicet ꝯſangui
neis ⁊ affinibꝰ. familiaribꝰ vl' amicis. licet
enī diligere teneamur etiā inimicos ſm̄ illđ
diligite inimicos vr̄os. ſeruare tn̄ debemꝰ
ordinē charitatis q̄ incipit a ſeipſo. ſm̄ illđ
Introduxit me rex in cellā vinariā ⁊ ordi-
nauit ī me charitatē. Nā ⁊ apl's ait. Dum
tp̄s habemꝰ operemur bonuꝫ ad oēs maxīe
aūt ad domeſticos fidei. Pro redēptione
aīaꝝ ſuaꝝ ⁊c̄. q̄ nō ꝓ tp̄ali lucro vel appeti-
tu terrenoꝝ. ſꝫ ꝓ ſpe ſalutis ⁊ īcolumitatis
ſue. i. ꝓ ſalute vl' incolumitate ſperāda. ſpe
enī ſalui facti ſumꝰ. Pro ſalute q̄d ē mētis
⁊ incolumitate corporis. nā vtraq̄ꝫ ſanitas
ē ab illo q̄ dicit. Salus ꝑpli ego ſū. Verum
vtraq̄ꝫ ſanitas ꝓuenit ex redēptiōe aīe. i. de
remiſſione peccati. ſicut ecōtra de reatu pec
cati ꝓcedit infirmitas vtriuſq̄ꝫ. iuxta ſniaꝫ
v̄itatis. Ecce ſanꝰ inq̄t factꝰ es. iā noli pec-
care ne deteriꝰ aliq̄d tibi ꝯtingat. Porro tria
ſunt hoīs bōa. ſ. corꝑalia. ſpūalia ⁊ eterna.
videlicꝫ infima media ⁊ ſupma. ꝓ q̄bus ſa
cerdos dicit ſe offerre. ꝓ corꝑalibꝰ. ibi ꝓ in-
columitate. ꝓ ſpūalibꝰ ibi ꝓ redēptiōe. ꝓ et-
nis. ibi ꝓ ſalute. nā ⁊ dñs docet nos ꝓ his
tribꝰ orare. videlicꝫ ꝓ etnis. vñ adueniat re
gnū tuū. ꝓ ſpūalibꝰ. vñ fiat volūtas tua ſi-
cut ī celo ⁊ ī t̄ra. ꝓ corꝑalibꝰ. Vñ panē no-
ſtrū q̄ttidianū da nobis hodie. Offerimꝰ
ergo ſacrificiū ꝓ etnis vt dent̄ nobis ī ꝓmiū
ꝓ ſpūalibꝰ vt dent̄ nobis ad meritū. ꝓ cor-
poralibꝰ vt dent̄ nobis ad adminiculuꝫ. vt
ꝑ hec ⁊ iſta ꝑueniamus ad illa. Verū cū di
cat apl's qꝛ virtus in infirmitate ꝑficitur et

ītez. cū infirmior tūc fortior ſum. q̄d ē ꝙ pro
corpali incolumitate ſacrificiū laudis offe
rimꝰ. niſi vt nobis ꝯſeruata vel reddita ſa
nitate gratiaꝝ actiōes in eccl'ia referamus.
Sequit̄. Tibiq̄ʒ reddūt vota ſua. ⁊c. vota
ſua dicunt̄ q̄ volūtarie ꝑmittunt̄. q2 volen
ter ⁊ libenter deo vouere ⁊ votū reddere de
bemꝰ. Uerꝫ cū nr̄a donemꝰ ⁊ aliena redda
mus. quō vota ſi ſua ſunt reddūtur ⁊ nō po
tiꝰ donāt. vel ſi reddūt quō ſua ſūt ⁊ nō po
tiꝰ aliena. Sane votū bonū ⁊ hoīs ⁊ dei ē.
ſed dei ꝓpter autoritatē grē. hoīs propter li
bertatem arbitrij. Propter q̄d dicit Apl's
Non autem ego ſed gratia dei mecum.

## Tertia pars canonis

## Communicātes

⁊c. Tertia ps. Siriciꝰ papa addi
dit hec v̄ba. Cōmunicātes ⁊ memoriā ve
nerātes. Sane pōtifex vt lex iubebat thuri
bulū viuis carbonibꝰ plenū intra ſc̄a ſc̄oꝝ
ſecū portabat. ſicut in prohemio huiꝰ ptis
dictū ē. ⁊ xp̄s carnis ſue thuribulū oī v̄tute
plenum tulit ad aſtra. ſic ⁊ ſacerdos noſter
xp̄i vicē tenēs. vacuꝰ a peccatis ⁊ pleniꝰ vir
tutū odoribꝰ ad ſacrificiū altaris accedere
dꝫ. Cōicātes ⁊ memoriā venerātes. cōica
re idē ē q̄d ꝑticipare. q2 ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ
paſcuis cōicare debemꝰ. Quattuor autez
modis ī eccl'ia cōicat̄. ꝑ ut dicet in .vj. ꝑticu
la ſup v̄bo. Qui ꝓ die. Memoriā venera
ri idē ē q̄d memoriā honorabilit̄ colere ꝙ be
ata maria v̄go ꝑ aduētum ſpūſſancti geni
trix fc̄a ē filij dei ieſu xp̄i dn̄i noſtri. q̄ deꝰ et
hō ē. Illud aūt notādū ē ꝙ ſecreta nō ōia ſit
ab vno ſʒ ꝑticulatim a pluribꝰ ex eo ꝓpen
dit fuiſſe ꝯpoſita. q2 ter ī ea ſc̄oꝝ ꝯmemora
tio repetit̄. licet ʒ ipſū ꝑuenerit ad laudez ⁊
glīaʒ trinitatis. In ſc̄da q̄ppe ꝯmemoratio
ne ſupplent̄ q̄ de ꝑmitiuis ſanctis deeſſe vi
debant̄ ī ꝑma. Uerꝫ ī ea ꝯmemoratione q̄
fit aūt ꝯſecratione corporis xp̄i. poſtulat̄ ſc̄oꝝ
ſuffragiū. In ea v̄o q̄ fit pꝰ ꝯſecrationem
corporis xp̄i ſc̄oꝝ ꝯſortiū iplorat̄. q2 nimiruʒ
anteq̄ʒ corpꝰ xp̄i q̄d ē vniuerſalis eccl'ia cō
ſecret̄. i. anteq̄ʒ regnū adueniat. neceſſariuʒ
ē nobis ī via ſc̄oꝝ ſuffragiū vt meritis eoꝝ
⁊ ꝑcibꝰ diuine ꝓtectiōis muniamur auxilio
ſed vbi corpꝰ xp̄i fuerit ꝯſecratum. i. vbi re
gnū aduenerit aſſeq̄mur ī patria ſc̄oꝝ con
ſortiū vt ſocietatē ⁊ ꝑtē cuʒ ſanctis apl'is ⁊
martyribꝰ habeamus. In via q̄ppe cōica
mus cū ſc̄is ꝑ fidē quā ipi hic habuerūt. et
nos habemꝰ. ī patria v̄o ꝑticipauimꝰ cuʒ
ſc̄is ꝑ ſpē quā ipi hn̄t ⁊ nos habebimꝰ. nos
enī fidē habemꝰ ⁊ ſpē. ⁊ illi ſpē hn̄t ⁊ rē. nos
ꝑcurrimꝰ ſtadiū. iſti poſſidēt brauiuʒ. nos
pugnamꝰ ī via. illi triūphāt ī patria. Cōica
mus igit̄ ⁊ memoriā veneramur aplorꝝ ac
martyꝝ ⁊ ꝑcipue glioſe v̄ginis dei genitri
cis marie. vt eoꝝ ſuffragio de fide perduca
mur ad ſpē de ſtadio ꝑueniamꝰ ad brauiū
de vita ad patriā trāſeamꝰ. In ꝑmis autē
noīat̄ nomen btē marie q2 ipa eū q̄ oblatu
rus ē. ⁊ q̄ v̄a hoſtia ē genuit. ⁊ in celis obti
net ꝑncipatū. Noīant̄ aūt ⁊ duodecī apli
⁊ duodecim martyres. q̄ oēs huiꝰ ſacrificij
teſtes fuerūt. ⁊ paſſionē xp̄i v̄bis ⁊ effuſio
nis ſanguinis teſtimoīo ꝓbauerūt. in hac
aūt ꝯmemoratione ſc̄oꝝ illud obſeruat ec
cleſia ꝙ antiq̄tus agere ꝯſueuit vt ī orōibꝰ
ſuis recolat patꝝ memoriā q̄ꝝ eoꝝ me
ritis ſuffragātibꝰ faciliꝰ obtineat q̄d iplo
rat. Sic ⁊ moiſes ꝑ peccāte ꝑplo ītercedēs
patꝝ memoriā interpoſuit dicēs. Recorda
re abraā iſaac ⁊ iacob ſeruoꝝ tuoꝝ. ⁊c. Exo
xxxij. ſic ⁊ azarias oraſſe legit̄ in fornace. ne
q̄ſumꝰ auferas miſcōiaʒ tuā a nobis dn̄e
deꝰ noſter ꝓpt̄ abraā dilectū tuū. ⁊ iſaac
ſeruū tuū. ⁊ iſrl' ſanctū tuū. Et quia m extra
vnitatē eccl'ie nō ē locꝰ offerēdi ſacrificium
vnitatis. iō ſanctoꝝ memorie cōicamꝰ ī ſa
crificio quatenꝰ ī ꝯmuniōe ſc̄oꝝ ſacrificiū
offeramꝰ. nā ſicut vnꝰ panis ex multis gra
nis ⁊ vinū ex multis racemis. ⁊ vnū corpꝰ
ex multis mēbris. ſic ex multis fidelibꝰ vna
ꝯſtat eccl'ia. Scriptū ē eniʒ Alienigena nō
veſcet̄ ex eis. quoniā ſc̄a ſunt. ⁊ iō ſolū illuʒ
ad eſū huius agni recipimꝰ. q̄ nr̄e ꝯiunctꝰ
ē domui videlicet oēʒ domeſticū fidei a ꝑn
cipe vſq̄ʒ ad plebeū. a ꝑplo vſq̄ʒ ad publica
nū. Scripſerūt aūt q̄dā. ꝙ q2 ſacerdos lega
lis ſcripta habebat in longiori noīa duode
cim tribuū ſeu patꝝ. Exo. xxx. iō in huiꝰ

memoriā pſbyter noīat memoriā btē vgi/
nis ⁊ apłoꝝ ⁊ quorūdā martyꝝ. ſꝫ cū ecclia ī/
ter ſanctos magñifice memoriā ꝯfeſſoꝝ ve/
neret. quare in canone ñ fit d̄ illis ꝯmemo
ratio. Rñderi pōt ꝙ canon ꝑus fuit editus
q̄ꝫ memoriā ſcōꝝ ꝯfeſſoꝝ ecclia celebraret.
Nā oēs fere ſancti q̄ in canone ꝯmemorā/
tur. p̄ceſſere ſiluestrū. ꝑter iohānē ⁊ pauluꝫ
⁊ marcellinū ⁊ petꝝ q̄ ꝑrimo ſucceſſerunt.
Ecclesia vō pꝰ tēpus btī ſilueſtri cepit me/
moriā ſcōꝝ ꝯfeſſoꝝ venerari. Canon autē
ex eo cōuincit̄ p̄ceſſiſſe ꝙ apłoꝝ catalogus
nō ita repit̄ in illo diſpoſitꝰ. ſicut in emēda
tiorıbꝰ codicibꝰ ſiue ī euāgelijs inuenitur
In priorıbꝰ editionibꝰ vt dicit Hiero. nō
ſolū euāgeliſtaꝝ mutatꝰ ē ordo. ſed etiam
verboꝝ ⁊ ſententiaꝝ erat confuſa ꝯmixtio
Pōt etiā dici ꝙ iō in canone ſolū fit mētio
de martyribꝰ. qꝛ cū h̄ ſacramentū ſit ſacra
mentū amoris. ī ipſiꝰ ſacramēti myſterio
dꝫ ſolū fieri memoria de illis in q̄bus ſpeci
alius apparuit ſignū veri amoris. In apo
ſtolis apparuit ꝑ tēporaliū abiectionē. In
martyribꝰ ꝑ corpoꝝ tormētis expoſitionē
De p̄mo matth. xix. Ecce nos reliquimus
oīa. ⁊c. De ſcdō Sap. iij. Et ſi corā hoībus
tormēta paſſi ſunt. ⁊c. Rurſus iō ñ fit men
tio de cōfeſſoribꝰ. qꝛ illi non ſunt paſſi ſicut
xp̄s. cuius paſſionis ē memoriale h̄ ſacra/
mentū. Gregꝰ. iij. addidit hec v̄ba. i. illa q̄ ī
q̄buſdā eccleſijs dicūtur. ſ. quoꝝ ſolēnitas
hodie in ꝯſpectu tue maieſtatis celebratur
dñe deꝰ noſter ī toto orbe terraꝝ. Termīa
tur aūt hec ꝑticula ꝑ eundeꝫ xp̄m dñm no/
ſtrū. ſicut enī ꝑ filiū oīa facta ſunt. ita ⁊ per
ipſū hñt oīa eē repata ⁊ terminata. Et ſm
quoſdā nō dꝫ hic rñderi amē. neqꝫ vſqꝫ ad
fractionē hoſtie. qꝛ angeloꝝ chorꝰ ſcō my/
ſterio aſſiſtens rñdet amen. h̄ tñ nō vbiqꝫ
ſeruatur. De hoc dicetur in ſexta particula

Quarta pars canonis.

Hanc igitur obla
tionē. Quarta pars. Et hoc di
cendo ſacerdos in quibuſdā eccleſijs ꝓfū/
de ſe inclinat. Sane legalis pontifex orans
fumo thimiamatis obumbrabat̄ ⁊ tegeba
tur. ne pateret alicui dū cremaret incenſuꝫ
ſicut ī ꝓhemio huiꝰ ꝑtis dictū ē. Et chriſtꝰ
dū patrē interpellat ꝓ nobis angeloꝝ per/
tranſit intuitū qꝛ intelligi nō pōt quātū ꝓ/
ſentia ſumpte carnis impetret apud patrē.
ꝓ nobis. ſacerdos quoqꝫ dū vicē xp̄i gerit.
q̄dāmodo tegit̄ ⁊ latet. qꝛ nec cogitari nec
narrari pōt quāta virtꝰ ⁊ potētia ſit in ver
bis eius ī hoc myſterio. qꝛ latet hoīes ⁊ an
gelos. Ad qd̄ repñtandū in quibuſdam ec
cleſijs ſacerdos ſecretā intrās. quibuſdam
cortinis q̄ ſunt in vtroqꝫ latere altaris que
tunc extendūt̄ q̄i tegit̄ ⁊ velat̄. Seruitutis
noſtre. i. mee ⁊ cūctoꝝ qui tibi ſeruiūt et fa/
mulātur. Et nota ꝙ due ſunt ſeruitutis ſpe
cies. vna q̄ ſoli creatori debet̄ q̄ dr̄ latria. al
tera q̄ creaturis īpēditur q̄ vocat̄ dulia. q̄ſ
dā enī creaturas poſſumꝰ inter oīa vene/
rari. Vnāqꝫ ſpeciē dñs determinat dicens
Reddite q̄ ſunt ceſaris ceſari. ⁊ q̄ ſunt dei
deo. Vñ verſus. Latria fit dño. debet̄ du/
lia ſeruo. Ad corpꝰ xp̄i fert̄ ꝓdulia vere. la
tria ergo ē ſeruitiū ſiue cultꝰ ſoli deo crea/
tori debitus. quē debemꝰ ſup oīa reuereri.
Ad eā quidē ꝑtinent tēpla altaria ſacer/
dotia. ſacrificia feſtiuitates cerimonie ⁊ hu
iuſmodi q̄ ſoli deo ſunt exhibenda. iuxta il
lud. Dñm deū tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſer/
uies. i. ſoli deo ſeruitutē adoratiōis impen
des. nō enī ſanctis ⁊ angelis ad honorē dei
ſed potiꝰ deo ad honoreꝫ ſcōꝝ ⁊ angeloruꝫ
dedicātur tēpla. ⁊ altaria ꝯſecrātur. ⁊ ſacri
ficia offerūtur. nec ipſis adorationis ſerui/
tus ſed ſoli deo īpendit̄. vt dicetur ī ꝓhemio
ſeptime ꝑtis. ne ſi ſecꝰ fiat nō theoſobie cul
tus exhibeat̄. ſed idolatrie crimē incurrat̄
ſeruiendo creature tāq̄ꝫ creatori ⁊ mutan/
do gloriā īcorruptibilis dei in ſimilitudinē
corruptibilis hoīs. Si igitur nec hoīes nec
angeli adorādi ſunt attendāt q̄d agāt qui
ſub p̄textu cuiuſdā religionis ſeu pietatis
diuerſas adorāt imagines. Nō enim licet
manu factū aliq̄d adorare. vt ꝓbatū eſt in
prima ꝑte ſub titulo de picturis. Vna qui/
dem tātū eſt dei patris imago quā vna cū
patre adoratiōe venerari debemꝰ ſcꝫ vnige
nitū dei filiū ieſum xp̄m qui eſt ſplēdor glīe

⁊ figura ſubſtantie eiꝰ cuiꝰ nō ſolū deitatē ſed etiā hūanitatē adorare debemꝰ. iuxta illud. Adorate ſcabellū pedū eiꝰ quoniā ſanctū ē. Ceteras vero imagines ⁊ creaturas ſacras ⁊ ſanctas. i. angelos hoīes ⁊ ſacramēta nō latria ſed dulia poſſumꝰ venerari De adoratiōe angeloꝝ legit̃ ꝙ abraā oculis eleuans in ꝯualle mambre tres vidit ⁊ vnū adorauit ex angelis. Loth ꝗ̃ꝫ duobꝰ angelis intrāibꝰ ciuitatē occurrēs adorauit petēs vt in domū ſuā hoſpicio declinarēt. De adoratione hoīuꝫ legit̃ ꝙ iacob vidēs eſau venientē ꝓceſſit vtrāꝗ̃ turmā. ⁊ pnus in terram ſepties adorauit. Filij ꝗ̃ꝫ iacob adorauerūt ioſeph in egipto. De adoratiōe ſacramentoꝝ dicit eccl'ia. Crucē tuā adoramꝰ dn̄e. Et alibi legit̃. Chriſtiani ſacras imagines pie venerāt̃ ⁊ adorāt. Seq̄tur. Dies ꝗ̃ꝫ nr̄os. Et nota ꝙ leo papa adiunxit infra actionē. Hāc igit̃ oblationem vſqꝫ placatꝰ accipias. Beatꝰ aūt gregoriꝰ has tres petitiōes in canone đr addidiſſe. Prima ē. dieſqꝫ nr̄os ī tua pace diſponas ſupple. p eū q̄ p nobis ē traditꝰ in manꝰ eorū qui pacē oderūt. Scđa ab eterna dānatione nos eripi. ſupple p cū q̄ p nobis tꝑali morte dānatꝰ ē. Tertia ⁊ in electoꝝ tuoruꝫ iubeas grege numerari. ſupple p eū q̄ p nobis deputatꝰ ē cū iniq̄s. In pace tua. ⁊c. Et nota ꝙ ē pax peccatoꝝ. pax iuſtoꝝ. q̄ đr pax pectoris ſiue ſpiritualis. pax tꝑis. ⁊ pax eternitatis. De pace pc̄toꝝ dicit ps̄. zelaui ſup iniq̄s pacē pc̄toꝝ vidēs. De pace iuſtoruꝫ dicit apl's. Fructꝰ ſp̄us ē. charitas gaudiū. pax patiētia. Hāc reliq̄t dn̄s apl'is dicens. Pacē relinq̄ vobis. De pace tꝑis inq̄t propheta. Orietᷣ in diebꝰ eiꝰ iuſticia ⁊ abūdātia pacis. De pace eternitatis dn̄s dixit apl'is Pacē meā do vobis nō quō hic mundus dat ego do vobis. Pro hac triplici pace ter oramꝰ in miſſa. Primo ī hac orōne. Hāc igit̃. ibi dieſqꝫ noſtros ī tua pace diſponas Scđo in orōne. Libera nos. ibi. da ꝓpiciꝰ pacē ī diebꝰ noſtris. Tertio in pax dn̄i ibi. Dona nobis pacē. vt de pace tꝑis ꝑ pacēꝫ pectoris tranſeamꝰ ad pacem eternitatis. Ob hᷓ etiā ſacerdos ter in miſſa oſculatur altare. videlicet in ꝑncipio canonis dicens vti accepta. ⁊c. ⁊ in oratione. ſupplices. ⁊ pꝰ oratione. Dn̄e ieſu xp̄e q̄ dixiſti aplis. licet quidā nonies oſculent̃. vt in ſui adiutoriū ad hᷓ ipetrandū nouēꝫ choros vel ordines angeloꝝ. in quibꝰ oēs ſancti locati. vel locādi ſunt inuocēt ⁊ inducāt. Uel hᷓ faciunt quaſi grās agentes de nouē ordinibus q̄s quilibꝫ ſacerdos gradatim ſuſcepit Circa hmōi altaris oſcula notandū ē ꝙ ſacerdos ea facit tribꝰ tꝑibus ī miſſa. iuxta tria quibus indiget ad alia tria ab eo in altari agēda. Primo enī facit q̄dā oſcula an̄ collocationē hoſtie ⁊ calicis ſcꝫ qn̄ p̄mo ad altare accedit. ⁊ qn̄ ad p̄mā collectā dicturuſ ē. dn̄s vobiſcū. ⁊ iteꝝ pꝰ euāgeliū dicturus ē. dn̄s vobiſcū. q̄ oſcula facit vt fiat dignus miniſter in ſacrificādo. Scđo facit alia pꝰ collocationē calicis ⁊ hoſtie priuſq̄ꝫ cōmunicet ſcꝫ dicturus. orate frēs. ⁊c. Et qn̄ in canone dicit. Un̄ accepta. ⁊ qn̄ dicit. Ex hac altaris ꝑticipatione. Et finita oratione illa Dn̄e ieſu xp̄e qui dixiſti apl'is. que facit vt ſit iuſtꝰ in xp̄i corꝑe recipiēdo. Tertio vͦ facit alia poſtq̄ꝫ cōicauit ſcꝫ dicturꝰ. Dn̄s vobiſcū ante. poſt cōmunionem ⁊ ꝯpleta orōne. Placeat tibi ſancta. ⁊c. q̄ facit vt ſufficiēs inueniat̃ in grās deo. p receptis referendo. Uerꝫ oſcula q̄ fiūt ante collocatiōeꝫ hoſtie ⁊ calicis. ⁊ ea q̄ fiūt pꝰ cōicationem fiūt ſupra altare. videlicet in medio eiꝰ. Cū enī ſacerdotis dignitas ⁊ autoritas ī ſacrificādo. necnō ⁊ ſufficientia ad referendum grās de acceptis ſit ſolū a deo a q̄ ꝯrā ſufficiētia ē. idcirco an̄ calicis ⁊ hoſtie locationē ⁊ poſtq̄ꝫ cōicauit oſculat̃ mediū altaris p q̄d ꝓpter virtutē ꝯſecrationis ⁊ vnionis ibi in menſa altaris facte maxime repn̄tat̃ deꝰ in quo vniunt̃ extrema. Oſcula vͦ q̄ fiunt pꝰ calicis ⁊ hoſtie collocationē anteq̄ꝫ cōicet fiunt a ſiniſtris calicis. ꝓpe hoſtiam. Ad hᷓ enī ꝙ ſacerdos ſit iuſtus in ſacrificādo. requirit̃ nō ſolū actio diuina. verū etiā ſua. Un̄ Aug. Qui fecit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te. Requirit̃ ergo diſpoſitio ex ꝑte ſui. q̄d fit ſi nō reſiſtit diuinis motibus ſed infuſio grē fit ex ꝑte dei. ideoqꝫ oſcu

la q̃ fiunt ante cõionẽ nõ directe fiunt ĩ me-
dio altaris. Rurſus illud q̃d ẽ ex nobis in
iuſtificatione noſtra ẽ q̃d diminutũ ⁊ mo-
dicũ reſpectu eiꝰ q̃d ex deo ẽ. Merito ergo
fiunt a ſiniſtra p̄te calicis q̃ ẽ p̄s diminuta
⁊ obliqua reſpectu dextre. Fiũt; m̃ iuxta ho
ſtiã. tũ q᷑ in iuſtificatione plura ⁊ nobilio-
ra ſunt a deo ſeu a chriſto. nĩ q᷑ etiã illd̃ q̃d
a nobis ẽ potius haberet rõnez mali q̃z bo
ni. niſi quodãmodo eẽt a deo p̄ gratiã p̄ue
nientem elicitũ regulatũ ⁊ acceptum. Põt
etiã ſecũdo dici q̄ id̃ q̃ñ calix ⁊ hoſtia non
ſunt ſup̄ altare. oſcula fiũt ĩ medio altaris
videlicet directe ſup̄ locũ crucis ex chriſma
te in ipſiꝰ ꝯſecratiõe facte. q᷑ xp̄s ſtãs ĩ me-
dio diſcipulorꝫ ſuorꝫ dixit eis. Pax vobis.
q̃ pax p̄ ip̄a oſcula deſig̃tur. Tertio ad de-
ſignãdũ q̄ ſicut habet̃ in cãticis xp̄s aſcen
ſuz in cruce purpureũ. i. ſanguine rubrica-
tũ media charitate ꝯſtrauit. q̃ charitas per
oſculũ deſignat̃. q̃ etiã media dr̃. q᷑ cõmu-
nis oĩbus. p̄ oĩbꝰ enĩ venit pauper charita
te. Porro fiũt oſcula ipſa manibꝰ ſup̄ alta
re depoſitis. Primo ad notãdum q̄ chari
tas p̄ oſculũ deſignata op̄ibꝰ dꝫ iuuari. nã
ſcd̃m Gregꝰ. op̄atur magna ſi ẽ. ſi aũt renuit
op̄ari amor nõ ẽ. Scd̃o ad notandũ q̄ ĩ al
taris ſacrificio ſacerdos omniũ tp̄aliũ cu-
rã deponere ⁊ ſolũ ipſi ſacrificio affixã mẽ
tẽ dꝫ habere. Tertio ad deſignãduz q̄ ad h̃
op̄a eiꝰ nõ ſufficit. q̃d ſolũ dei miſericordia
obtinet̃. Ad hoc nõnulli ĩ locis ipſis oſcu-
landis. ſignũ crucis cũ tribꝰ extenſis digi-
tis priꝰ imp̄mũt. tũ q᷑ oĩa in fide trinitatis
agenda ſũt. tũ q᷑ regulari᷑ q̃cquid ori ap-
plicãdũ ẽ. dꝫ priꝰ crucis ſignaculo inſigni-
ri. Et quãq̃z altaris mẽſa ꝯſecrata fuerit et
alia multa crucis ſigna ĩ ipſo miſſe officio
p̄ceſſerint. nõ tñ hec ſup̄fluũt. tũ q᷑ nõ rõne
ipſiꝰ loci. ſed rõne op̄is ĩ loco ip̄o fiẽdi fiũt
tũ q᷑ quãtũcũq̃z altaris menſa fuerit cõſe-
crata. neſcit̃ iñ q̃d in ipſo loco maligno ſpi
ritui p̄mittat̃ a deo. Alia etiã multa ſigna
prius facta nõ rõne loci ſed rõne ꝯſecratio
nis corporis ⁊ ſanguinis xp̄i facta fuerunt
Alij m̃ in penultimo ⁊ finali dñs vobiſcũ
nec oſculãtur altare nec ĩ illo imp̄mũt ſi-
gnũ crucis. ſed ſe ſolũ ante faciẽ ſuã ſignãt
⁊ bñ. nĩ q᷑ per altaris oſculũ q̃d in fine miſ
ſe fit intelligit̃ ſacerdos oĩa p̄cedẽtia appro
bare ⁊ eis toto mentis affectu aſſentire. tuꝫ
quia per corpis dñi p̄ñtiam omnis ĩ mũ-
dus ſp̄ũs de loco ipſo credendus eſt aufu-
giſſe. De oſculo etiã altaris ⁊ libri ſub ti. de
altaris oſculo dictum eſt.

## Quinta pars canonis.

# Quam oblatio

nẽ. ⁊c. Quinta p̄s in q̃ ſacer
dos accedit ad dñici corpis
cõſecrationẽ dicẽs. Quã oblationẽ. id eſt
terrenã materiã ad corpus tui filij deſtina
tã tu deus queſumus in oĩbus. i. tota cog
tione tota mente ⁊ toto intellectu digneris
facere benedictam. ⁊c. Sane quarta feria
iudas vnus ex duodeciz a diabolo ſupplã-
tatus immane ſacrilegũ perpetrauit. duz
filiũ dei triginta argenteis vẽdidit phariſe
is in recõpenſationem damni q̃d incurre-
rat propter effuſionẽ vnguẽti. Quare ĩ q̃t
hoc vnguentũ nõ venit tricentis denarijs
⁊ datũ ẽ egenis. Dixit aũt hoc nõ q᷑ de ege
nis pertinebat ad eũ. ſed q᷑ fur erat ⁊ locu-
los habens ea que mittebãtur aſportabat
Quilibet aũt argenteꝰ valebat decẽ dena
rios vſuales ⁊ ita damnũ vnguenti q̃d va
luerat trecẽtos denarios triginta recõpen-
ſauit argenteis. Si vero dicamus argen-
teos fuiſſe denarios vſuales. dicemꝰ q̄ iu
das vendidit xp̄m quaſi vile mancipium
xxx. denarijs qui ſunt decima p̄s tricentorꝫ
denariorꝫ quos valuerat vnguentũ. Pro
pter q̃d dñs deſpectiue loq̃tur p̄ prophetaz
Appenderũt inq̃t mercedẽ meã. xxx. argen
teis p̄ciũ appreciati q̊ appreciatꝰ ſum ab eis
Ad deſignãdũ ergo p̄cij quãtitatem q̊ xp̄s
vẽditꝰ ẽ ſacerdos hic facit tres cruces cõ
muniter ſup̄ oblatã ⁊ calicẽ cũ dicit. Bñdi
ctã aſcriptã ⁊ ratã. nã ⁊ tricenta p̃iter ⁊. xxx
multiplicationẽ ſuſcipiũt a ternario. Pꝰ
modũ aũt ad deſignãdũ vẽditionem ⁊ em
ptionez duas cruces imp̄mit ſingulatĩ vnã
ſup̄ oblatã ⁊ alterã ſup̄ calicem. cũ dicit. vt
nobis corpꝰ ⁊ ſanguis fiat. q. d. illa vẽditio

fuit maledicta ꝑſcripta. irrita. iiq. ⁊ deteſta-
bilis. ſed tu deꝰ hãc oblationẽ digneris fa-
cere bñdictã aſcriptã ratã rõnabilẽ ⁊ acce-
ptabilẽ. Judas enĩ dilexit maledictionẽ et
veniet ei. ⁊ noluit bñdictionẽ ⁊ elõgabit̃ ab
eo. ſed tu deꝰ hãc oblationẽ digneris facere
bñdictã ꝑ quã nos in celeſtibꝰ bñdicas. iu-
das deletꝰ ẽ de libro viuẽtiũ ⁊ cũ iuſtis nõ
ſcribet̃. ſꝫ tu deꝰ hãc oblationẽ digneris fa-
cere aſcriptã ꝑ quã nos inter electos aſcri-
bas. Judas laq̃o ſe ſuſpẽdit ⁊ epãtũ eiꝰ ac-
cepit alter. ſed tu deꝰ digneris hãc oblatio-
nẽ facere ratã. ꝑ quã ratũ ſit nr̃ẽ ſalutis pro-
miſſũ. vel ratã q̊ ad cõfirmationẽ in oĩbuſ
bonis. ne ſicut cayn offeramꝰ q̃ ſe nõ deo
ſed diabolo obtulit ſacrificiũ. Jtẽ iudas ex-
iuit cõdẽnatꝰ ⁊ orõ eiꝰ facta ẽ in peccatum.
ſꝫ tu deꝰ hãc oblationẽ facere digneris rõna-
bilẽ. i. rõne plenã. ꝑ quam rõnabile fiat no-
ſtre ſeruitutis obſequiũ. Judas q̊ꝫ reddi-
dit malũ ꝓ bonis. ⁊ odiũ ꝓ dilectione retri-
buit. ſꝫ tu deꝰ hãc oblationẽ facere digneriſ
acceptabilẽ ꝑ quam nos tibi reddas accep-
tos. Scd̃o fiũt tres cruces cõiter ſuꝑ obla-
tã ⁊ calicẽ. q: xp̃s tria cõiter egit circa panẽ
⁊ vinũ. videlicet accepit. benedixit ⁊ dedit.
Poſtmodũ ſpẽalit̃ facit vnã crucẽ ſuꝑ ob-
latã. q: dixit comedite hẽ corpꝰ meũ. ⁊ alte-
rã ſuꝑ calicẽ. q: dixit bibite q: hic ẽ ſanguis
meꝰ. Et ſm̃ hũc ſenſũ recte ſubiũgit̃. Qui
ꝓ oĩe q̊ꝫ pateret̃. ⁊c. Tertio fiũt tres cruces.
q: iudas vẽdidit xp̃m ad crucifigendũ tri-
bus. ſ. ſacerdotibꝰ ſcribis. ⁊ phariſeis. Ad
notãdũ ergo cõiter tres emptores. facit ſa-
cerdos tres cruces cõiter ſuꝑ oblatã ⁊ cali-
cẽ dũ dicit bñdictã aſcriptã ⁊ ratã. Ad no-
tãdũ vero diſcrete venditorẽ ⁊ vẽditũ vl̃ tra-
dẽtẽ ⁊ traditũ. facit duas cruces diſcrete ſu-
ꝑ oblatã ⁊ calicẽ cũ dicit. vt fiat corpꝰ ⁊ ſan-
guis. Quarto tres p̃me cruces notãt q̊d fa-
ctũ ẽ ex virtute crucifixi. vel ſignificant tres
dies q̊bus xp̃s p̃dicauit pꝰ dñicã in ramis
palmarꝫ vel triduũ q̊ in ſepulcro q̊euit. vel
tria loca corpis in q̊bus paſſus ẽ. i. manus
pedes ⁊ latus. Due vero ſequẽtes ſignificãt
diuinã ⁊ hũanã naturã. vel q: xp̃s ĩ aĩa ⁊ cor-
pore paſſus ẽ. ⁊ fiũt quinqꝫ ĩ figurã q: xp̃us

quinqꝫ vulnera habuit. vel in quinqꝫ cru-
cibꝰ tp̃s legis exp̃mĩunꝰ q̊d quĩqꝫ libris di-
ſtinguit̃. ⁊ in q̊libet xp̃i paſſio denotat̃. que
lex quinqꝫ ꝑſonis regebat̃. ſ. iudice. rege ꝑn-
cipe. ꝓpheta. ⁊ ſacerdote. q̊bꝰ xp̃s aſſimilat̃.
¶ Poſſunt q̊ꝫ v̊ba p̃miſſa ſcd̃o mõ ſic ex-
poni. Petimꝰ vt deꝰ hãc oblationẽ faciat
bñdictã. aſcriptã. ⁊ ratã. i. vt eam ↄſecret. ap-
probet. ⁊ ↄfirmet in rõnabilẽ hoſtiã ⁊ acce-
ptabile ſacrificiũ. vt ita nobis. i. ad noſtrã
ſalutẽ panis fiat corpꝰ ⁊ vinũ ſanguis di-
lectiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu xp̃i. Patri
quidẽ dilectꝰ ẽ filius ſicut ip̃e pater de celo
teſtatꝰ ẽ dicẽs. Hic ẽ filꝰ meꝰ dilectꝰ. ⁊c. Et
nos eũ diligere debemꝰ. q: ip̃e prior dilexit
nos ⁊ ꝓ nobis ẽ paſſus. ¶ Tertio mõ ſic.
Queſumꝰ vt tu deꝰ hãc oblationẽ facere
digneris bñdictã. i. vt a te ſp̃ũaliter bñdica-
tur. vnde virtute patris noſtri fit bñdictuſ
fructꝰ ventris virginis marie. aſcriptã. i.
talẽ q̃ de memoria tua nulla poſſit obliui-
one deleri. ratã. i. talẽ que de bñplacito tuo
nulla poſſit obliuione ↄuelli. rõnabilem. i.
talẽ q̃ tue diuine rationi ↄueniat. Refert autẽ
inter rõnabile ⁊ rõnale. Rationabile dicit̃
q̊d de rõne ꝓcedit. Rationale v̊o q̊d vtitur
rõne. Vñ ⁊ liber iſte rationale vocat̃. quia
eorũ q̃ in eccleſiaſticis officijs agunt̃ ↄtinet
rõnes. Acceptabilẽ. i. vt ꝑ eã tibi deo accep-
temur. ¶ Quarto mõ ſic. Digneris face-
re bñdictã. i. ſp̃ũ ſancto replere. aſcriptã. i. di-
uinitati aſcribere. ratã. i. in veritate vt ad ſa-
lutẽ ſufficiat ſolidare. rationabilẽ nr̃ã fide.
acceptabilẽ noſtra deuotiõe. ¶ Quĩto mo-
do ſic. Quã oblationẽ tu deꝰ oĩpotens di-
gneris facere in oĩbus bñdictã. hẽ trãſfer-
re in eã hoſtiã. q̃ ẽ oĩmode bñdicta aſcripta
rata. rationabilis. ⁊ acceptabilis. Bñdicta
dicit̃ hoſtiã ſalutaris. i. ab omni cã maledi-
ctionis imunis tã originali q̊ꝫ actuali. tã
criminali q̊ꝫ veniali. ſicut eliſabeth inq̊t ad
virginẽ. Bñdictꝰ fructꝰ ventris tui. Aſcri-
pta dr̃. i. ſcripturis ⁊ figuris veteribus deſi-
gnata. tã in agno paſcali q̊ꝫ in manna cele-
ſti. tã in iſaac imolando q̊ꝫ in abel imolato
quoniã vt inquit Johẽs. Hic eſt agnꝰ qui
occiſus eſt ab origine mũdi. Rata dicitur

quaſi nō tranſitoria. ſicut vetus lex. q̄ ceſſit
vbi noua ſucceſſit. ſed q̄ permanet in etnū
ſm ordinē melchiſedech. Rationabilis dr
quaſi nō peculialis. ſicut erat legalis q̄ ſan
guine thauroꝝ ⁊ hircoꝝ nō poterat a pctō
mundare. ſed q̄ ſanguine ꝓprio ↄſcientias
emundat ab opib⁹ mortuis. Acceptabilis
dr quaſi non illa. de qua dicit ꝓpheta. Sa
crificiū ⁊ oblatione noluiſti. ſicut ait dn̄s.
Nō accipiā de domo tua vitulos neqꝫ de
gregib⁹ tuis hircos. ſꝫ illa d̄ q̄ dicit ps. Ti/
bi ſacrificabo hoſtiaꝫ laudis. Un̄ dn̄s ait.
Sacrificiū laudis honorificabit me. ⁊ ſm
hanc expoſitionē recte ſubiūgit. vt fiat cor/
pus ⁊ ſanguis dilectiſſimi filij tui. ⁊c. patri
enī dilect⁹ ē fili⁹. iuxta illud. Hic ē fili⁹ me⁹
dilect⁹. ⁊c. Et nos eñ diligere debem⁹. quia
ipe prior dilexit nos ⁊ paſſus ē p nobis.
Aug⁹. vō ſic exponit. Bn̄dictā p quā bn̄di
cimur. aſcriptā. p quā in celo hoīes aſcribi
mur. ratā p quā in viſcerib⁹ xp̄i. i. de corpe
xp̄i qd ē eccleſia cenſemur. rōnabilē p quā
a beſtiali ſenſu exuimur. acceptabilē vt qui
nobiſipſis diſplicemus p hāc acceptabiles
ei⁹ vnico filio ſim⁹. Subiungenſqꝫ ſacer/
dos euāgeliſtaꝝ v̄ba aſſumēs dicit. q p̄die
q̄ꝫ pateret. ⁊c. Amb. dicit q hec v̄ba quā ob
latione aſcriptā rōnabilē. ⁊c. ſunt v̄ba euā/
geliſte vſqꝫ ibi. Accipite ⁊ manducate ⁊ bi
bite ex hoc oēs. Alij vero dicūt q alexāder
papa p̄mus addidit canoni v̄ba illa. Qui
pridie. vſqꝫ hoc ē corpus meum.

Sexta pars canonis.

QUi pridie quaꝫ pateret. ⁊c. Sexta pars. Et hec
v̄ba dr alexander papa p̄mi⁹ addidiſſe vt p̄
miſſū ē. qd aūt ab hoc loco agit̄ repn̄tat id
qd xp̄s in cena fecit. Et ē ſenſus hoꝝ v̄boꝝ
Qui pridie q̄ꝫ pateret. i. vna die antequaꝫ
ipſe paſſus ē p nobis voluit tradere diſci/
pulis ſuis corporis ⁊ ſanguinis ſui myſte
riū vt illi traderent nobis. Quintadecima
nāqꝫ die p̄mi menſis q tunc extitit feria ſe/
xta paſſus ē xp̄s. ⁊ p̄cedente nocte videlicet
decima quarta luna p̄mi menſis ad veſpe
rā vt legis ſcripturas impleret. p⁹ typicuꝫ
paſca corporis ⁊ ſanguinis ſui ſacramētū
inſtituit. ⁊ eccleſie tradidit frequētandum.
Sic enī fuerat p̄figuratū in exodo. Deci/
ma die menſis primi tollat vnuſquiſqꝫ ag
nū p familias ⁊ domos ſuas ⁊ ſeruabit eū
vſqꝫ ad quartādecimā diē menſis huius i
molabitqꝫ eū vniuerſa multitudo filioꝝ
iſrl̄ ad veſperā ⁊ ſumēt de ſanguine agni.
ac ponēt ſup vtrūqꝫ poſtē. ⁊ in ſuplimina/
ribus domoꝝ in quibus comedēt illuꝫ. Et
poſt pauca. Eſt enī phaſe. i. tranſitus dn̄i.
Illud aūt notādū ē q ſicut manna datuꝫ
fuit hebreis poſt tranſitū maris rubri. iam
ſubmerſis egiptijs. ſic eucharistia dat̄ xp̄i/
anis p⁹ ablutionē baptiſmi iā deletis pec/
catis. vt per baptiſmū emūdemur a malo.
p eucharistiā cōfirmemur in bono. Sicut
enī manna populū illū p vaſtitateꝫ in vie
ſolitudinis ad terrā ꝓmiſſionis perduxit.
ſic eucharistia populū iſtū p incolatū vite
p̄ntis ad patriā paradiſi ꝑducit. ſic dicta q̄r
nō aliud inueniē vocabulū q̄ digne tantuꝫ
ſacramētū valeat appellari. niſi q greçe me
lius dicit̄ eucharistia. qd latine exponitur
ſm iſidoꝝ bona grā. vl ſm alios dator gra
tie. Viaticū quoqꝫ recte appellat̄. q̄r reficiēs
in via deducit ad patriā. Sicut enim filijs
iſrael a tranſitu maris rubri māna non de
fuit donec venirent ad terrā promiſſionis
ita ⁊ fidelibus renatis p baptiſmū rubrica
tum ⁊ ſanctificatū ſanguine xp̄i. nō defici/
et eucharistia donec veniet finis ſeculi. ſed
nec nūc q̄ niſi ad ħ. q̄r vlteri⁹ n̄ ſumet̄ ſb ſpē
ſed videbim⁹ deū facie ad faciem. Hoſtia
v̄o ſm hebreos dr ab hoſtio. q̄niā ad hoſti/
um tabernaculi ferebat̄. ſed ſm gentiles dr
ab hoſte. q̄r deuictis hoſtib⁹ fiebat hoſtia.
i. ſacrificiū ⁊ victima p vincendis. de quo
dictū ē ſub ti. de oblatiōe. Dicit̄ quoqꝫ ho/
ſtia imolatio. q̄r ibi xp̄s ſacramētalr̄ imo/
lat̄. q ſemel i veritate p pctīs imolatus ē in
cruce. qd tractū ē a mola q̄ fieri ſolebat d̄ q̄/
dā genere frumēti. qd far ſeu ador dicitur.
q ergo i manna p̄ceſſit in eucharistia ↄſu/
mat̄. nā quātālibet quiſqꝫ ꝑtē accipiat totā
ꝑcipit eucharistiā ſicut euenit d̄ manna. q̄r
nec qui pl⁹ collegerat habuit amplius. nec

quimin⁹ pauerat repit min⁹. Hãc ergo p̄
figurabat panis ille celeſtis de q̄ ſapiēs p/
teſtat̃. Panē de celo preſtitit ſine labore oē
delectamētū in ſe habētē. ⁊ oīs ſaporis ſua
uitatē. Qḋ de ſe xp̄s exponēs. Ego inquit
ſum panis viuus q̄ de celo deſcēdi. ſi quis
mādūcauerit ex h̄ pane viuet in eternum. ⁊
panis quē ego dabo caro mea ē p mūdi vi
ta. Et ē notādū ꝙ in eccl'ia cōicat corp⁹ xp̄i
ſumēdo. pacē dādo. panē benedictū ⁊ bene
dictionē ſuſcipiēdo. vt dicet̃ ſub ti. de pacis
oſculo. Qui aūt vult cōicare dꝫ timorē fi/
dē ⁊ dilectionē habere Sequit̃. Accepit pa
nē ⁊c. Hūc ſacrificij ritū melchiſedech legit̃
primus celebraſſe offerēs panē ⁊ vinū. erat
enī ſacerdos dei altiſſimi. Vn̄ dauid inq̄t
ad xp̄m. Tu es ſacerdos in eternū ſ̄m or.
mel ⁊c. Sacrificiū igit̃ euāgelicū p̄ceſſit le
gale nō ſolū dignitate ſꝫ etiā tpe. ſicut apl's
plenı⁹ oſ̄dit in epl'a ad hebre. Ideo vō pa
nē ⁊ vinū in ſacrificiū corpis ⁊ ſanguinis ſui
xp̄s inſtituit. vt in ſumptiōe corpis ⁊ ſang/
uinis chriſti doceat̃ eē pfecta refectio. q: ſi/
cut p̄ ceteris cibis ⁊ potib⁹ corpalib⁹ panis
cor hoīs cōfirmat ⁊ vinū cor hoīs letificat
ita corp⁹ ⁊ ſanguis xp̄i p̄ ceteris cibis ⁊ po
tib⁹ ſpūalib⁹ interiorē hominē reficiūt ⁊ ſa
tiāt. Vn̄ poculū tuū inebriās q̄ꝫ p̄clarū
ē. In hiis enī duobus plena ꝯſiſtit ⁊ pfecta
refectio ſicut ipe teſtat̃. Caro mea vere ē ci/
bus ⁊ ſanguis me⁹ vere ē pot⁹. De h̄ enaꝫ
dicet̃ in. vij. pticula ſup verbo. Hic eſt calix
Ceterū panis dꝫ eē d̄ frumēto. vinūq̄ꝫ d̄ vite
q: xp̄s ſemetipſū cōparauit frumēto. cū ait
Niſi granū frumēti cadēs in t̄rā mortuū
fuerit ipſū ſolū manet. ⁊ vin. cū dixit. Ego
ſum vitis vera. Ipſe etiā fuit racem⁹ i tor
culari crucis p̄ſſus. vn̄ Eſa. lxiij. Veſtimē/
ta tua ſicut calcantiū in torculari. Porro
nec racem⁹ vue nec granū frumēti dꝫ offer
ri niſi vel expreſſus in vinū vel redactum i
panē. q: xp̄s ⁊ panē ſe dicit. ⁊ frumēto ſe cō
parat. In canone tñ aploꝝ in burcardo li
bro. v. c. ſi q̄s. ita tenet̃. Si q̄s ep̄s vel p̄ſby/
ter p̄ter ordinationē dn̄i. alia quedā i ſacri
ficio offerat ſup altare. i. mel aut lac. aut p
vino ſicerā aut ꝯfecta quedā. aut volatilia

aut aīalia aliqua aut legumina. ꝯſtitutio/
nē faciēs deponat̃. De hoc dictū ē ſub ti. de
oblatione ſacerdotis. Non dꝫ etiā in pane
ipſo poni ſal. quāuis quidā heretici ꝯtrū
faciāt. propt̃ illud qḋ ſcriptū ē. Quicqḋ ob
tuleris ſacrificij ſale condies. Et illud. Nō
auferes ſal federis dn̄i dei tui de ſacrificio
tuo. Et illud. In omni oblatione tua offe/
res ſal. Et in euāgelio. Oīs victima ſaliet̃.
Que dē ſale diſcretionis nō materiali itel
ligunt̃. Panis aūt hic format̃ in modū de
narij. tū q: panis vite p denarijs tradit⁹ ē.
tū q: idē denari⁹ in vinea laborātib⁹ in p̄/
miū dand⁹ ē ⁊ in forma rotunda vt dictū ē
ſub ti. de oblatione. In hoc etiā pane ſepe
ſcribit̃ nomē ⁊ imago impatoris noſtri. q:
per eū in imaginē dei reformamur. ⁊ noīa
noſtra in libro vite ſcribunt̃. Nonnulli etiā
ibi agnū figurāt. tū q: hic qui imolat̃ ver⁹
ē agn⁹. tū etiā propt̃ illud qḋ legit̃ exo. xxix.
Hoc ē qḋ facies in altari. offeres agnos iu
giter ⁊ vinū ad libandū i agno. Panis q̄ꝫ
nō fermētat⁹ ſed azim⁹ in ſacrificiū debet
offerri. tū rōne facti. tū rōne myſterij. Scri
ptū nāq̄ꝫ ē in exo. Primo menſe ⁊. xiiij. die
p̄mi menſis ad veſperā comedetis azima
vſq̄ꝫ ad diē. xxj. eiuſdē menſis ad veſperam.
Itē ſeptē dieb⁹ fermētatū nō inuenietur i do
mibus veſtris. Itē q̄ comederit fermenta
tū pibit aīa ei⁹ d̄ cetu iſrael. Itē oē fermēta
tū nō comedetis. itē in cunctis habitaculis
veſtris comedetis azima. Cū ergo xp̄s die
xiiij. p̄mi menſis ad veſperā cenauerit cū
diſcipulis ⁊ agnū paſcalē comederit. ⁊ vti/
q̄ꝫ ritu legali cū azimis panibus ⁊ lactucis
agreſtib⁹ cōſtat ꝙ ea hora fermētatū nō in
ueniebat̃ in domib⁹ hebreoꝝ. ⁊ ita panem
azimū in corp⁹ ſuū abſq̄ꝫ dubio cōſecrauit
Cū enī fermētū corruptionē ſignificet. vn̄ d̄
ſ̄m apl'm. modicū fermēti totā maſſā cor/
rūpit. vt nihil corruptū. vel corrūpēs. ſed to
tum ſincerū vel ſincerās in hoc eē ſacramē/
to monſtret̃. nō fermentatū ſed azimū cōſe
cramus. iuxta illud apli. Paſca noſtrum
imolat⁹ ē xp̄s. itaq̄ꝫ epulemur nō in fermē/
to veteri ſed in azimis ſin. ⁊ ve. Greci tamē
in ſuo p̄ſiſtētes errore de fermētato ꝯficiūt

latinos azimitas vocãtes, cum ipſi vere fermẽtarij valeãt nũcupari. Dicunt enĩ in paſceue lunã .xiiij. extitiſſe, in q̃ verꝰ agnꝰ ē immolatꝰ. vt legis ĩpleret̃ figura .q. xiiij. luna primi menſis paſcalẽ agnũ iuſſerat ĩmolari. Dñs ergo eo die ſe paſſurꝫ eẽ ꝓuoſcens. in ꝓceden veſpera neceſſitate ductꝰ anticipauit comedere paſca. Et qꝛ tũc licite poterat comedi fermẽtatũ. iõ ⁊ ipſi corpꝰ dñi d̃ fermẽtato ꝯficiũt. Dicũt etiã ꝙ cũ btã vͥgo Maria ꝓgnãs fuerit de ſpũſancto. recte ꝑ fermẽtatũ ſignificat̃ dñi incarnatio propt virginei vteri tumorẽ. Sꝫ rñderi põt ꝙ nõ offerimꝰ in ſacrificiũ vͥginis vterꝝ. nec ille ẽ ad tranſſubſtãtiandũ neceſſariꝰ. ſꝫ fides ⁊ dei verbũ. Sed nũquid ꝯficit q̃ fermẽtatũ hodie apud nos ſacrificat. Et videtur ꝙ nõ cũ xp̃s azimũ ꝯſecrauerit qñ ſacramentũ inſtituit. vt dictũ ē. Preterea vt iaꝫ dicet̃ eccleſia a beatis petro ⁊ paulo hũc ſacrificij ritũ accepit. Quidã tñ ꝯdicũt ꝑſerim ſi negligentia vel ignorãtia h̃ facit. Nã et legit̃ in leuit̃. Offerens panes fermẽtatos cũ hoſtia gratiaꝝ q̃ offert̃ ꝑ pacificis. Itẽ i pentateuco legit̃. Offeretis panes primiciarũ de duabꝰ decimis fermẽtate ſilꝫ. Et multis cũ fermẽtato ꝯficientibus eccleſia cõicat. Sequit̃. Eleuatis oculis in celũ. ⁊c. Per h̃ ꝙ xp̃s oculos in celũ leuauit. inſinuat nob̃ ſe habere a patre qđ hꝫ. q̃qꝫ in ꝓncipio noſtroꝝ opeꝝ debemꝰ dirigere mẽtis oculos ad dñm tanq̃ꝫ ad autorẽ omniũ opeꝝ bonoꝝ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ oculos ad celũ leuauit et patri grãs egit. docuit nos ꝙ ſẽꝑ patri ſupplicare debemꝰ vt hoc tã magnũ ſacramẽtũ ꝑ manus noſtras ꝑficere dignetur. Hic aũt tria ꝯmemorant̃ q̃ nullus euangeliſtarũ deſcribit. videlicet. Eleuatis oculis in celũ. ⁊c. vſqꝫ diſcipul' ſuis. Itẽ eterni teſta. itẽ myſteriũ fidei. Quis ergo tante audacie extitit vt hec corde ſuo temptauerit interponere. Sane formã iſtã verboꝝ ab ipſo xp̃o acceperunt apl'i. ⁊ ab ipis ecclĩa. Multa q̃de tã de vͥbis q̃ꝫ de factis dñicis propt breuitatẽ ꝑtermiſerũt euãgeliſte q̃ tñ apl'i ſuppleuerũt. vt eſt illud qđ apl's ait in epiſtola ad Coꝝ. Viſus ē plus q̃ꝫ quingentis fratribus ſimul. deinde viſus ē iacobo. deind̃ apoſtolis oĩbus. nouiſſime autẽ tanq̃ꝫ abortiuo viſus ē ⁊ mihi. Nã ⁊ inter ipos euãgeliſtas quedã omittunt̃ ab vno q̃ ſupplentur ab alio. Vñ cũ tres euãgeliſte ꝯmemorent. hoc ē corpꝰ meũ. ſolus lucas adiecit. qđ pro vobis tradet̃. ⁊ cũ matthēꝰ ⁊ marcꝰ dicãt ꝓ multis. lucas dicit ꝓ vobis. ſꝫ mattheus addidit in remiſſionẽ pctõꝝ. Sequitur. Gratias agẽs. ⁊c. Hinc colligit̃ vñ ſacrificiũ laudis dicat̃. Dicit̃ enim ſic qꝛ xp̃s gratias agẽs illud inſtituit. Gratias autẽ agebat nõ pro ſe ſꝫ ꝓ nobis .i. ꝓ reparatiõe omniũ futurã. De hoc dictũ ē in .ij. ꝑticula ſup verbo ꝓ quibꝰ. Bñdixit. ⁊c. Benedixit enĩ bñdictione celeſti ⁊ virtute vͥbi qua cõuertit̃ panis in ſubſtãtiã corporis chriſti .ſ. hoc ē corpus meũ. Et in plãtõe hui' vͥbi fit crux ſup panẽ que ſignificat ꝙ xp̃s paſſus ē etiã in natura. Totus enĩ paſſus ē. et ſcḋm animã ⁊ ſcḋm corpus. vt dicetur in .xj. ꝑticula ſup verbo. ⁊ preſtas. vt totũ hominẽ redimeret. Quia enĩ xp̃s accepit panem ⁊ calicẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas vtrũqꝫ benedixit. iõ ſacerdos chriſti exẽplo panẽ ⁊ calicẽ in manꝰ accipiẽs vtrũqꝫ per ſe crucis ſignaculo benedicit. q̃ due cruces innuũt tẽpus cene ⁊ gratie in quo duo ꝑietes in angulari lapide ꝯiungunt̃. vel ꝙ gigas gemine ſubſtantie crucifigit̃. Cũ autẽ ad ꝓlationẽ iſtoꝝ verboꝝ. Hoc eſt corpus meũ hic ē ſanguis meꝰ. ſacerdos cõficiat. credibile iudicat̃ ꝙ xp̃s eadẽ vͥba dicẽdo cõfecit. Verũ cũ dñs priꝰ fregerit q̃ꝫ cõſecrauerit. videt̃ ꝙ ecclĩa que priꝰ cõſecrat q̃ꝫ frangat. aliter agit q̃ꝫ xp̃s egerit. ⁊ ſic peccat quoniã eiꝰ actio noſtra dꝫ eẽ iſtructio. Sup hoc dixerũt quidã ꝙ xp̃s poſt bñdictionẽ ⁊ cõuerſionẽ fregit. nã tũc cõfecit cũ benedixit. litterã hoc ordine ꝯſtruentes. Accepit panẽ ⁊ benedixit ſubaudiẽdũ ē dicẽs. Hoc ē corpus meũ. ⁊ tunc fregit ⁊ dedit et ait. Accipite ⁊ comedite. ⁊ iterauit hoc ē corpus meũ. Prius ergo ꝓtulit hec vͥba vt eis vim ꝯficiendi tribueret. deinde ꝓtulit eadẽ vt apl'os formã cõficiendi doceret. Alij dixerũt ꝙ etiã xp̃s prius fregit q̃ꝫ cõſecrauit.

nā prius bñdixit ⁊ poſtea fregit. demū ꝓtu
lit verba illa. hoc ē corpꝰ meū. ⁊c. ⁊ tunc de/
dit. ⁊ ſm hoc ⁊ ſacramētū cōfecit. ⁊ formaʒ
inſtituit poſt benedictionē. cū dixit hoc eſt
corpus meū. intelligētes illā bñdictionē fu
iſſe. vel aliqḋ ſignū qḋ ſuꝑ panē impſſit. vl'
aliqḋ vbū qḋ ſuꝑ panē expſſit. Quibꝰ illḋ
videt̄ obſiſtere. ꝙ prius fregit q̄ʒ dixit. hoc eſt
corpꝰ meū. nec ē etiā credibile ꝙ priꝰ dede/
rit q̄ʒ cōfecerit. Sane dici pōt ꝙ xp̄s virtu/
te diuina nobis occulta p̄mo cōfecit. et po/
ſtea formā expreſſit ſub qua poſteri bñdice
rēt. Ipſe nāq̄ʒ ꝑ ſe virtute ꝓpria benedixit.
nos vō ex illa vtute quā indidit vbis. Cū
ergo ſacerdos illa xp̄i vba ꝓnūciat. hoc eſt
corpus meū. ⁊ hic ē ſanguis meꝰ. panis et
vinū in carnē ⁊ ſanguinē ꝯuertunt̄ illa ver
bi virtute qua verbū caro factū ē ⁊ habita
uit in nobis q̄ dixit. ⁊ facta ſunt. mādauit ⁊
creata ſunt. qua feminā mutauit in ſtatuā
⁊ virgā conuertit in colubrū. qua fontes
mutauit in ſanguinē. ⁊ aquā cōuertit ī vi/
nū. Nā ſi verbū helie potuit ignem de celo
deponere. nonne verbū xp̄i poterit panem
in carnē mutare. certe maiꝰ ē de nihilo cre
are qḋ nō eſt. q̄ʒ qḋ eſt in aliud tranſmuta/
re ⁊ incōpabiliter maius ē ꝙ deus ita factꝰ
ē homo ꝙ nō deſinat eſſe deus. q̄ʒ ꝙ panis
ita fiat caro ꝙ deſinit eſſe panis. Illud per
incarnationē ſemel factum eſt. iſtud ꝑ con
ſecrationē iugiter fit. Ad prolationeʒ ergo
verborū panis diuinitꝰ tranſſubſtantiat̄
in carnē. diuina enī ⁊ materialis huiꝰ ſacri
ficij ſubſtātia ē verbū quod accedens ad
elemētū perficit ſacramentū. ſicut verbum
carni vnitū efficit hominē chriſtū. Mo
tandum ē autē ꝙ in corpore xp̄i vndeci mi
racula cōſiderātur. de quibus expreſſa red
di rō nō poteſt. licet ſimilitudinarie rōnes
ad hoc deſeruiant. Primū eſt ꝙ panis
⁊ vinū tranſſubſtantiātur in corpꝰ et ſan/
guinem de quo iam rationes poſite ſunt.
Alia etiam ratio huic deſeruit. ꝙ ⁊ cibus ⁊
potus corporalis fit caro ⁊ ſanguis median
te natura. multo ergo fortiꝰ ipſa natura ſcʒ
deꝰ īmediate facere pōt ꝙ panis ꝯuertatur
in corpus ſuū ⁊ vinū in ſanguinē. Se/
cundū ē ꝙ quottidie panis tranſſubſtanti
atur in corpus ⁊ nullū fit augmētū ī deo.
Ratio huic deſeruit. ꝙ et ſi ſcio aliquod ſe
cretū qḋ pluribꝰ manifeſto. licet illud om/
nes illi me reuelante ſciant tamē ī me ſolo
ſiue in mēte mea nullū propter hoc fit au/
gmentū. Tertium quia quottidie ſumi
tur ⁊ comedit̄. nec aliqua fit eius diminu/
tio ratio. quia ſi de lumine meo lumina mil
le ſumātur nil deperit in meo. naʒ ⁊ vidua
ſareptana comedebat ⁊ nunq̄ʒ diminueba
tur farina de hydria. nec oleum de lechito.
Quartū ē ꝙ indiuiſibile diuidit̄ ⁊ in q̄/
libet ꝑte euchariſtie totus ⁊ integer rema/
net. ratō in ſpeculo in q̊ aliquid repn̄tatur
⁊ ſi diuidat̄ per ꝑtes in q̄libet parte ideʒ re/
pſentat̄. vt dicet in ſequēti particula ſuper
verbo ſimili modo. Quītum quia a cri
minoſis ſumptū nō coīquinat̄. ratio quia
nec ſol trāſiens ſuper loca fetida coinqui/
natur. Sextū ꝙ corpus chriſti qḋ eſt ci/
bus vite peccatoribꝰ eſt mortale. vt dictū
ē in prohemio huius partis. ratio quia ⁊ ī
firmis ⁊ debilibꝰ corpore bona cibaria ⁊ ca
pones ⁊ bona vina ſunt nociua. Septi
mum quia ſumptū a ſacerdote et quolibet
alio. ore clauſo ī celum rapit̄ vt iam dicet
ſuper verbo accipite. ratio quia de corpore
virginis īcorrupte chriſtus exiuit. ꝙ etiam
de monumento clauſo ſurrexit cum ſit res
ſimpliciſſima. ⁊ hoſtio etiā clauſo ī locum
vbi erāt diſcipuli īträuit. Octauum cū
ſit corpus immēſum ⁊ in tā parua hoſtia
ſtat. ratio quia ⁊ pupilla oculi q̄ minima
eſt magnū nomē apprehēdit. Nonum
quia idem corpus totum ſimul ī diuerſis
locis conſiſtit. ⁊ a diuerſis ꝑcipitur. Ratō
quia et verbum hoīs ſemel prolatum iux/
ta vocis naturam totum ſimul ē ī auribus
diuerſoꝝ. Preterea qui fecit corpꝰ ⁊ locū
vtrūq̄ʒ facit ī altero eē vt vult. Rurſus lu/
na ⁊ ſol ⁊ lumen in diuerſis locis ⁊ a diuer
ſis videtur. Decimum ꝙ pane trāſſub/
ſtātiato remanēt accidētia panis. ſ. pon/
dus. color. ⁊ ſapor. ratio ꝑ ſimilitudineʒ de
ficit hic vt dicet̄ ſuper verbo fregit. Vn/
decimū ꝙ ſub ſpecie panis eſt et ſumitur

corpus ⁊ ſanguis xp̄i imo totꝰ xp̄s. ſimilit̄
ſub ſpecie vini ē ⁊ ſumit̄ vtrūqȝ. ⁊ tamē nō
ē ibi duplex ſumptio corporis ⁊ ſanguinis
xp̄i. Rano qꝛ licet in vno prandio comedā
ante potū ⁊ poſt. nō tñ dicor bis prandere.
⁊ de hoc dicet̄ ſub. vij. ꝑticula ſup v̄bo. Si
mili modo. ❧ Uerūtñ ſicut ait Leo papa
Quid queris nature ordinē in xp̄i corꝑe.
cū ꝑter naturā ſit ipē xp̄s natꝰ ex v̄gine. Et
nota ꝙ quedā matrona ſingulis diebꝰ do
minicis offerebat panes beato gregorio. q̄
cū poſt miſſaꝝ ſolennia corpꝰ dñi illi offer
ret ⁊ diceret. Corpus dñi noſtri ieſu xp̄i cu
ſtodiat te in vitā eternā. Illa laſciua ſubri
ſit. ipſe vero mox dextrā ab eiꝰ ore ꝯuertēs
ꝑtē illā dñici corporis ſup altare depoſuit.
deinde corā populo matronam interroga
uit ob quā cām ridere p̄ſumpſerit. At illa i
quit. quia panē quē proprijs manibꝰ fece
rā. tu corpus dñi appellabas. Tūc Grego
rius. ꝓ mulieris incredulitate ſe in oratio
nē proſtrauit ⁊ ſurgēs ꝑticulā illam panis
ad inſtar digiti carnē factā reperit. ⁊ ſic ma
tronā ad fidē ꝯuertit. Orauit iteꝝ ⁊ carnē
illā in panem cōuerſaȝ vidit ⁊ matrone ſu
mendā tradidit. Legit̄ quoqȝ ꝙ cū Hugo
de ſancto victore doctor excellentiſſimꝰ vl
tima infirmitate laboraret. corpꝰ dñi īſtan
ter petijt ſibi dari. Cūqȝ nullū cibū retinere
poſſet fratres eiꝰ turbationē timentes ſim
plicē ſibi hoſtiā attulerunt. Qd̄ ille per ſpi
ritū agnoſcēs ait. Miſereat̄ veſtri deꝰ fra
tres cur me deludere vultis. Iſte enī quē
portaſtis dñs meꝰ nō ē. at illi attoniti mox
corpꝰ dñi attulerūt. ſed ipē vidēs ſe nō poſ
ſe recipere eleuatis in celū manibus ſic ora
uit. Aſcendat filiꝰ ad patrē ⁊ ſp̄us ad euȝ q̄
fecit illū. Eccs. vlt. Et inter hec v̄ba ſpiritū
emiſit ⁊ corpꝰ dñi ibidē diſparuit. ❧ Qui
qȝ aūt ex cauſis ſacramētū corꝑis ⁊ ſangui
nis ſui xp̄s ſub alia ſpecie ſumendū īſtituit
Prima ē ad augēdū meritū. quoniaȝ aliud
ibi eē cernit̄ ⁊ aliud eē credit̄ vt fides habe
at meritū cui hūana ratio non p̄bet experi
mentū. Secūda ē ad fouendū ſenſuȝ ne ab
horreat animꝰ qd̄ cerneret oculus. qꝛ nō cō
ſueuimꝰ carnē crudā comedere. vl' ſangui
nē hūanū bibere. Fouet̄ enī ſenſus in vno
dū videlicet ſolita ꝑcipit ⁊ edificat̄ fides in
altero dū in eo qd̄ videt q̄le ſit illud qd̄ non
videt agnoſcit. Tertia ē ad vitanduȝ ridi
culū ne inſultaret paganus cū illud ageret
xp̄ianus. vt ita veritas aſſit ⁊ ridiculū deſit
Quarta qꝛ nō poſſet mortalis hō intueri
claritatē q̄ ē in corꝑe xp̄i. qd̄ experti ſunt di
ſcipuli in tranſfiguratione. preterea panis
cor firmat ⁊ vinū letificat̄ cor hoīs. Quīta
nō ſumit̄ ſub ſpecie agni. ne iudaizare vide
amur de more legali agnū offerētes ❧ Se
quit̄ fregit. Queri ſolet q̄d xp̄s in mēſa nūc
fregit. ⁊ quid ſacerdos nūc in altari frāgit.
Et fuerūt qui dixerūt. ꝙ ſicut poſt ꝯſecrati
onē vera panis remanent accidentia. ſic ⁊
vera panis ſubſtantia. quia ſicut ſubiectū
non poteſt ſubſiſtere ſine accidentibus. ſic
accidentia non poſſunt ſubſiſtere ſine ſub
iecto. quoniam accidentis eſſe non eſt ali
ud q̄ȝ ineſſe. ſed panis ⁊ vini ſubſtantijs ꝑ
manentibus ad prolationē illorū verborū
corpꝰ ⁊ ſanguis xp̄i veraciter incipiunt eē
ſub illis. ita ꝙ ſub eiſdē accidētibꝰ vtrunqȝ
vere ſuſcipit̄. ſ. panis ⁊ caro. vinū ⁊ ſanguiſ
quoꝝ alteꝝ probat ſenſus. reliquū credit fi
des. Hi dicūt ꝙ ſubſtātia panis frangitur
ac atteritur inducētes ad hoc illud apoſto
li. Panis quē frangimus. Et lucas dicit.
Una ſabbati cū veniſſemꝰ ad frangēduȝ
paneȝ. ⁊c. Et ſm eos dū ſacramētū a mure
corrodit̄. etiā ipſa panis ſubſtantia come
ditur. ſub qua corpꝰ chriſti mox eē deſinit.
cū corrodi incipit. Innocētius tertiꝰ dixit
in ſpeculo eccl'ie. ꝙ forma panis frangitur
⁊ atteritur. ſȝ corpus xp̄i ſumitur ⁊ comedi
tur ea que notant corruptionē referens ad
formā panis. ea vero q̄ notāt acceptionem
ad corpus chriſti. Berengariꝰ q̄ppe qui ſu
ſpectꝰ habebatur d' hereſi. corā nicolao pa
pa ꝯfeſſus ē panē ⁊ vinuȝ que in altari po
nūtur poſt conſecrationē nō ſolum ſacra
mentū ſed etiā in veritate verū corpꝰ ⁊ ſan
guinem chriſti eē. ⁊ ſenſualiter non ſolum
ſacramētū ſed etiā in veritate manibus ſa
cerdotū tractari frangi ⁊ fideliū dentibus
atteri. Nō aūt corpus chriſti vel in partes

diuidit̃ vel dentibꝰ laceret̃. cū ſit ĩmortale. ⁊ ĩpaſſibile. Sz ĩ qua re fiat fractio vł᷑ attritio beatꝰ Auguſtinꝰ oñdit dicẽs. Quãdo xp̃s m̃ducat̃ reficit nõ deficit. nec qñ manducamꝰ p̃tẽ de illo facimꝰ ⁊ quidẽ in ſacramẽto ſic fit. nã ⁊ xp̃s carnalẽ ſenſū diſcipulorꝝ redarguit. qui putabãt carnẽ eiꝰ ſicut aliã carnẽ diuidẽdã in p̃tes ⁊ morſibꝰ lacerandã. Dicit̃ aūt forma panis nõ ꝙ ſit ſed ꝙ fuit. ſicut dicebat̃ ſimon leproſus. non ꝙ talis exiſteret. ſz q2 talis extiterat. Si vͦo q̃rat̃ q̃d a mure comedit̃ dū ſacramẽtū corrodit̃ vel q̃d incinerat̃ cū ſacramẽtum cremat̃. Rñdet ipſe Innocen. ꝙ ſicut miraculoſe ſubſtãtia panis ↄuertit̃ in corpus dñi cū ⁊ incipit eẽ ſub ſacramẽto. ſic quodãmõ miraculoſe reuertit̃ cū ipſuz ibi deſinit eſſe nõ ꝙ illa panis ſubã reuertat̃ q̃ trãſiuit in carnẽ ſed eiꝰ loco aliud miraculoſe creat̃. quãuis hm̃õi accidentia ſine ſubiecto poſſint ſic eẽ ſic edi. ¶ Sequit̃. Dedit. Queri ſolet quale corpꝰ xp̃i in cena dedit. mortale aut ĩmortale. paſſibile aut ĩpaſſibile. ac cetera q̃ ad hãc p̃tinẽt q̃ſtionẽ. Et licet ſimplicitate fidei ſufficiat dicere ꝙ tale dedit quale voluit. ⁊ rurſus quale dederit ipſe nouit. Fuerũt tñ q̃ dixerũt ꝙ ſicut veracit̃ ip̃e idez erat qui dabat ⁊ qui dabat̃. ita in eo ꝙ dabat erat paſſibilis ⁊ mortalis. ⁊ in eo ꝙ dabat̃ erat ĩmortalis ⁊ impaſſibilis. ſicut viſibiliter geſtabat ⁊ inuiſibilit̃ geſtabat̃. Inuiſibilit̃ inq̃z quãtū ad formã corp̃is. non quãtū ad ſp̃em ſacramẽti. Nã ĩ eo ꝙ geſtabat q̃d erat. Sz apparebat. In eo vero q̃d geſtabat̃ q̃d erat ip̃e nõ videbat̃. q2 forma panis ⁊ vini velabat formã carnis ⁊ ſanguis. Hic ẽ ille verꝰ dauid q̃ corã achis rege geſt ſuis manibꝰ ferebat̃. Quoniaz igit̃ ĩmortalis dabat̃. incorruptibilit̃ edebat̃. Ubi p̃fecto ↄcedũt poſito ꝙ pars aliqua ſacramẽti p̃ triduū mortis xp̃i ſeruata fuiſſet. idem corpus ſit̃ ⁊ iacebat mortuū in ſepulchro. ⁊ manebat viuū ſub ſacramẽto. ĩ ara crucis p̃nebat̃. ⁊ ſub forma panis nõ ledebatur. Sed quoniã incredibile iudicat̃ vt ſm̃ eandẽ naturã ſimul eẽt mortalis ⁊ ĩmortal᷑. q̃d tñ ↄgruebat ei ſm̃ eãdẽ p̃ſonã. fuerunt alij qui dixerũt ꝙ xp̃s mortalis vtiq3 fuit non neceſſitate ſed volũtate. In eo q̃ppe ꝙ immunis erat ab oĩ culpa. liber erat ab omni pena. vt nil morti deberet ꝓ eo ꝙ nihil peccati haberet. Suſtinuit tñ ſpõte mortalitatez q2 mortẽ ſuſtinere volebat. quoniã ſi mortalitatẽ nõ ſuſcepiſſet oĩno mori nõ potuiſſet. Ut ergo ꝓbaret ꝙ mortalis erat nõ neceſſitate ſed volũtate. qñ voluit mortalitatem depoſuit. ⁊ quando voluit mortalitatem recepit. Legitur in euangelio ꝙ cuz iudei duxiſſent ieſum vſq3 ad ſupercilium mõtis ⁊ eū p̃cipitare vellent ille tranſiens per medium illorꝝ ibat. Cū ergo eſſet ducẽdus teneri ſe ſicut paſſibilẽ tolerabat. ſed cū eſſz p̃cipitandus ſicut ĩpaſſibilis per medium illorꝝ tranſibat. Poteſt tñ ſalua fide ↄcedi ꝙ tunc tale dedit q̃le tũc habuit mortale videlicet ⁊ paſſibile. non ꝙ poſſet pati ſub ſacramento ſcz nũc ſed ꝙ ſub ſacramento poterat pati ſcz tunc. Nunc autẽ ſumit̃ a nobis ĩmortale ⁊ impaſſibile. nec tñ maiorem habet nũc efficaciã. ſicut nec maiorẽ potentiam. Qz ergo paſſibilis edebatur ⁊ tamẽ nõ ledebat̃ nõ erat humane nature ſed diuine potẽtie qua valebat quicq̃d omnino volebat. Sequitur diſcipulis ſuis. Dubitari ſolet vtruz iudas cum alijs accepit euchariſtiã. Lucas enĩ oſtendit iudã interfuiſſe cū alijs qui ſtatim poſt calicem traditorẽ cõmemorat dicens. Hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo qui pro vobis effundet̃. Ueruntñ ecce manus tradentis me mecū ẽ in menſa. Quotquot aũt interfuerunt euchariſtiã acceperunt. marco teſtante qui ait. Et biberũt ex eo omnes. Iuxta ꝙ xp̃s preceperat. teſte mattheo. Bibite ex hoc omnes. Econtra iudas non interfuiſſe probat̃. Nã ſm̃ mattheũ ſtatim dixit ieſus bibentibus calicẽ. Nõ bibam amodo de hoc genimine vitis vſq3 in diẽ illum. cū illud bibam vobiſcū nouū in regno patris mei. Iudas ergo nõ aderat. qui cū eo non erat bibiturus in regno. In hoc caſu forte tenendū eſt illud q̃d iohannes inſinuat. q2 cum iudas accepiſſet bucellaz exiuit continuo. erat enĩ nox. Chriſtus autẽ poſt alios

cibos tradidit euchariſtiā. luca teſtāte qui
ait. Similiter ⁊ calicē poſtq̄ȝ cenauit. Patet
ergo ꝙ iudas priꝰ exiuit q̄ȝ xp̄s traderet eu-
chariſtiā. Q ergo lucas pꝰ calicem ꝯme-
morat traditorē ꝑ recapitulationē dictū in-
telligi pōt. qꝛ ſepe ī ſacra ſcriptura qȯ prius
factū fuerat poſteriꝰ enarraẗ. ſicut mathe-
us biduo ante paſca ꝯmemorat alabaſtrū
vnguenti qȯ ſcḋm iohem ante ſex dies paſce
mulier ī domo ſimonis leproſi effudit. Sȝ
ꝯceſſo ꝙ iudas accepit euchariſtiā qȯ ple-
riq̄ȝ ꝯcedūt. quare mediCꝰ ſalutaris medi-
cinā dedit egroto. quā ei mortiferā eſſe ſcie-
bat. q̄nīā qui mādūcat indigne iudiciū ſibi
manducat. Rn̄deo forte vt ſuo doceret exē-
plo ꝙ ſacerdos nō ḋȝ illi cōionem negare.
cuius crimē ⁊ ſi ſit ſibi notū nō ē tn̄ eccleſie
manifeſtū. ne forte nō ſit correctoꝛ ſȝ ꝓditoꝛ
Vn̄ legiẗ in canone. Non ꝓhibeat diſpen-
ſatoꝛ. i. ſacerdos pingues terre. i. peccatores
menſam dn̄i. i. corpus ⁊ ſanguinē xp̄i man-
ducare. ſed moneat exactorē timere. Sȝ cū
minꝰ malū ſit reddi ſuſpectū de crimine q̄ȝ
ꝯmittere crimē. ⁊ de duobꝰ malis cū alterꝝ
vrget minꝰ ſit eligendū. videẗ ꝙ diſcretꝰ ſa-
cerdos negare ḋȝ euchariſtiā crimino ſo q̄-
tenus minꝰ malū incurrat vt maiꝰ euitet.
id eſt vt reddaẗ ſuſpectꝰ ne manducet indi-
gne. Sane cū nemo debeat vnum mortale
ꝯmittere ne ꝓximꝰ aliud mortale ꝯmittat.
eligendū ē potiꝰ ſacerdoti nō ꝓdere pecca-
torē q̄ȝ vt ille nō peccet. ſȝ ille potiꝰ ḋȝ elige-
re vt abſtinēdo reddaẗ ſuſpectꝰ q̄ȝ ꝙ cōicā-
do mā̄ducet indigne. Sed queriẗ an chri-
ſtus ad bonū an ad malū euchariſtiā iudȯ
tradiderit. Et quidē nō videẗ ad bonuȝ de-
diſſe. ne ſua ſit intētione fraudatꝰ. qui teſte
ꝓpheta fecit vniuerſa q̄ voluit. iudas eniȝ
nō ad bonū ſed ad malū accepit. ſed nec ad
malū dediſſe videẗ. qꝛ xp̄s nō ē actoꝛ malo-
rū ſed vltoꝛ. Rn̄deri pōt ꝙ ſi hec prepoſitio
ad. cū ḋꝛ dedit ad malū. intentionē denotet
vel affectū. falſa eſt ꝓpoſitio. Si aūt ꝯſecu-
tionē innuat vel affectū vera ē. Sane quia
xp̄s bucellā intinctā iudeo porrexit. ꝯſtitutū
eſt ab eccleſia ne euchariſtia detur intincta
Nec debet intelligi ꝙ ſub bucella panis in-

tincta xp̄s euchariſtiam dederit traditori.
ſed ꝑ bucellā intinctā atq̄ȝ porrectā ſuuȝ de-
niq̄ȝ traditorē expreſſit. Sequiẗ. Accipite ⁊
mā̄ducate. quis vnq̄ȝ crederet ꝙ panis in
carnem ⁊ vinum in ſanguinem conuerti
potuiſſet. niſi ipe ſaluatoꝛ h̄ diceret q̄ panē
⁊ vinū ⁊ omnia ex inuiſibilibꝰ creauit. Vo-
luit ergo ꝑ nos panē ⁊ vinum ſibi offerri ⁊
ab ipſo diuinitꝰ ꝯſecrari. vt fidelis populꝰ
credat verꝝ eē myſteriuȝ qȯ ipe tradidit di-
ſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ manducate.
Similiter ⁊ de calice dixit. Sane nō ē intel-
ligendū ꝙ ſumptū corpꝰ de manu dn̄i ſibi
diſcipuli miniſtrarent. ſed q̄ ꝯſecrauit ideȝ
⁊ miniſtrauit. Ac ſi diceret. Comedite vtrā-
q̄ȝ huius ſacramenti comeſtionē inſinuās
Dupliciter enī corpus xp̄i comeditur. quia
dupliciter intelligitur. ſ. verum qȯ de virgi-
ne traxit ⁊ in cruce pependit. ⁊ myſticuȝ qȯ
eſt eccleſia chriſti ſpū vegetata. De vȯ cor-
pore dn̄s ait. Hoc eſt corpus meū qȯ ꝓ vo-
bis tradeẗ. De myſtico dicit apl̄s Vnꝰ pa-
nis ⁊ vnum corpus multi ſumus. Veruȝ
corpus chriſti comeditur ſacramentaliter
id eſt ſub ſpecie. Myſticum autē comediẗ
ſpiritualiter. i. ſub ſpecie panis ī fide cordis
De comeſtione ſacramentali dicit domi-
nus. Accipite ⁊ comedite. hoc ē corpus me-
um qȯ pro vobis tradetur. hoc facite in me-
am ꝯmemorationē. Hoc modo tam boni
q̄ȝ mali chriſti corpus manducāt. ſed boni
ad ſalutē. mali vero ad iudiciū. niſi enim ⁊
mali xp̄i corpꝰ comederēt. nō dixiſſet. apl̄s
ad Coꝛ. xj. Qui mā̄ducat indigne iudiciū
ſibi manducat non diiudicans corpus do-
mini. Ille autē indigne ſumit q̄ ſacramen-
taliter ⁊ nō ſpūaliter ſumit. Nā ⁊ iudas cū
alijs euchariſtiā traditur accepiſſe. vt iam di-
ctum ē. De ſpirituali comeſtione dn̄s ait.
Niſi mā̄ducaueritis carnē filij hominis ⁊
biberitis eiꝰ ſanguinē nō habebitis vitam
in vobis. Hoc modo corpus chriſti come-
dunt ſoli boni. Vn̄ q̄ mā̄ducat meam car-
nem ⁊ bibit meū ſanguinem ī me manet et
ego in eo. Nā qui manet ī charitate in deo
manet ⁊ deꝰ in eo. Vt qȯ paras dētē ⁊ ven-
trē crede ⁊ manducaſti. Qui credit in chri-

ſtū comedit ipſū. q̄niā incorpat̄ xp̄o per fi/
dē.i.mēbrū eiꝰ efficit̄. vel in vnitate corpis
eiꝰ firmiꝰ ſolidat̄. Alibi enī qđ manducat̄
incorpat̄. ⁊ q̄ mādūcat incorporat. hic aūt
qđ mādūcat̄ incorporat. ⁊ q̄ mādūcat icor
porat̄. Utrūq₃ modū edendi xp̄s inſinuat
vbi dicit. Sp̄us ē q̄ viuificat. caro nō pro/
deſt q̄cq̄₃. qꝛ caro xp̄i niſi ſpūalr̄ comedat̄
nō ad ſalutē ſed ad iudiciū mādūcat̄ Sz
qđ fit de corpe xp̄i poſtq̄₃ ſūptū fuerit et co
meſtū. Rn̄deri pt̄ ꝙ ſi p̄ntia q̄rit̄ corpalis ī
celo q̄rat̄ vbi xp̄s ē ī dextra dei ſedens. Ad
tp̄s tn̄ p̄ntiā exhibuit corporalē. vt ad ſpūa
lem p̄ntiā inuitaret. Un̄ cū ſacramentum
tenet̄ guſtat̄ ⁊ comedit̄. xp̄s corpalr̄ adeſt
in viſu in tactu in ſapore. ⁊ quādiu corpa/
lis ſenſus afficit̄ corporalis p̄ntia nō aufer
tur. Poſtq̄₃ vero in pcipiēdo ſenſus defi/
cit corpalis. deinceps nō ē querēda corpa/
lis p̄ntia. ſed ſpūalis ē retinēda. qꝛ diſpenſa
tione ꝯpleta xp̄s de ore tranſit ad cor. Me
lius ē enī vt pcedat ad mētē q̄₃ deſcēdat in
ventrē. cibus ē nō carnis ſed aīe. Uenit vt
comedat̄ nō vt ꝯſumat̄. vt guſtet̄ nō vt in
corporet̄. ore comedit̄ ſed ſtomacho nō di/
gerit̄. reficit animū ſed nō effluit in ſeceſſū.
Illud vō qđ dn̄s ait. Oē qđ in os intrat ī
ventrē vadit. ⁊ in ſeceſſū emittit̄. nō de ſpūa/
li ſed de carnali cibo dictū ē. ꝙ ſi forte ſeceſ/
ſus ſeu vomitꝰ pꝰ ſolā euchariſtie pceptio
nē euenerit ex accidētibꝰ humoribꝰ genera
tur. cū interdū humores abſq₃ cuiuſlib₃ ci
bi materia. vel effluāt in ſeceſſū vel emittāt̄
ad vomitū. Itaq₃ quātū ad nos ſeruat ꝑ
oīa corruptibilis cibi ſilitudinē ſ₃ quātum
ad ſe nō amittit inuiolabilis corpis vita/
tē. ſpecies q̄nq₃ corrodit̄ ⁊ maculat̄. ſed ve/
ritas nūq̄₃ corrūpit̄ aut inquinat̄. ſi qn̄ ta/
le qđ videris noli timere ſibi. ſed eſto ſolici
tus tibi. ne tu forte ledaris ſi male credide/
ris. Sequit̄. Hoc ē corpꝰ meū. Cū ad pro
lationē iſtoꝝ v̄boꝝ hoc ē corpꝰ meū. panis
mutet̄ in corpꝰ ⁊ ad plationē iſtoꝝ v̄boꝝ
hic ē ſanguis meꝰ. vinū mutet̄ in ſanguinē.
⁊ priꝰ pferant̄ iſta v̄ba q̄₃ illa. videt̄ ꝙ pa/
nis priꝰ mutet̄ in corpꝰ q̄₃ vinū in ſangui/
nē. ⁊ ita videtur ꝑ ꝯſequēs ꝙ corpꝰ ſine ſan
guie ē vel ſanguis ē ſine corpe. Propterea
dr̄ a q̄buſdā ꝙ cū totū ē dictū totū eſt factū
nolentes vel nō valētes ipiꝰ ꝯuerſionis de
terminare momētū. Alij vō dicūt ꝙ licz ad
plationē p̄cedēnū v̄boꝝ panis antea mu/
tet̄ in corpꝰ. ⁊ ad plationē ſequētū vinum
poſtea mutetur ī ſanguinez nūq̄₃ tn̄ corpꝰ
eſt ſine ſanguine ⁊ ſanguis ſine corpe. ſicut
neutrū ē ſine aīa. ſed ſub forma panis ſan/
guis exiſtit in corpe ꝑ mutationē panis in
corpꝰ ⁊ ecōuerſo. n̄ ꝙ panis ī ſanguinez vl̄
vinū mutet̄ ī corpꝰ. ſ₃ qꝛ neutꝝ p̄t exiſtere ſi
ne reliq̄. de h̄ iā dicet̄. Sz q̄rit̄ qđ demōſtra
uit xp̄s qn̄ dixit. H̄ ē corpꝰ meū. ꝑ hoc pno/
men hoc. nō enī videt̄ ꝙ panē. qꝛ panis nō
erat corpꝰ xp̄i. nec etiā corpꝰ. qꝛ nōdū₃ illa
verba ptulerat. ad quoꝝ plationē panem
mutauit in corpꝰ. Sup hoc dicūt quidam
ꝙ ꝑ hoc pnomē nil demōſtrat̄ ſed illđ ma/
terialit̄ ponitur. Sz ſm̄ h̄ quō ꝑ dictionem
nihil ſignificātez fit trāſſubſtātiatio. Pre/
terea dn̄s vtebatur illa voce ſignificatiue.
⁊ nos vtimur materialit̄. ergo nō facimus
qđ ipſe fecit. Alij dicūt ꝙ ea vis data ē ipis
verbis ꝙ ad ipoꝝ plationē fit tranſſubſtā/
tiatio. Itē iō ſacerdos nō pfert ea ſignifi/
catiue. qꝛ nō poſſet ea ſic pferre. Mētiret̄
enī ſi diceret. hoc ē corpꝰ meū. Uerꝝ a p̄mi
ſe queſtionis laqueo facile ſe abſoluit. q di
cit ꝙ xp̄s tūc ꝯſecrat qn̄ b̄ndixit de q̄ dictū eſt
ſuper verbo B̄ndixit. Nā ſi opponat̄ de ſa
cerdote q̄ tūc ꝯſecrat cū illa v̄ba pnūciat.
Rn̄detur ꝙ ſacerdos nihil demōſtrat. cū₃
illis verbis nō vtatur enūciatiue ſed recita
tiue. queādmodū ⁊ cū₃ ait. Ego ſum vitis
vera. Ego ſum lux vera. Ego ſum lux mū/
di ⁊ innumera talia. Rurſus queritur qđ
demōſtrauit cū dixit. Mādūcate ex h̄ oēs
licet in nullo quattuor euangeliſtarū₃ hoc
legatur de corpore. ſed tantū de ſanguine ī
uenitur dictū. Bibite ex hoc omnes. cū enī
iā panem fregiſſet. ſi demōſtrauit aliquod
fragmentoꝝ. illud non debebāt omnes co/
medere. ſed ſingulis debebat ſingula diſtri
buere. Si demōſtrauit corpus non pote/
rant ex illo ſed illud comedere. quia corpuſ
xp̄i nō manducat̄ per partes ſed integrū₃

Sane frequēter in ſacra ſcriptura videtur
agi de vno. ſ; agit᷑ de diuerſis. vt ē illō. bn̄/
dixit fregit. ⁊ dedit. Bn̄dixit panē fregit for/
mā ⁊ dedit corpꝰ. Eodē mō cū dixit. Man/
ducate ex hoc ōēs. pnomē oſ̄dit integrū cor/
pus ⁊ ꝓpoſitio innuit formā diuiſā. vt iſte
ſit ſenſus. Comedite corpꝰ integrū ſub for/
ma diuiſa. na; ſola forma p ptes diuidit᷑. et
totū corpꝰ integrū mādūcat᷑. Simi mō pōt
intelligi qd̄ ſubiūxit. hē corpꝰ meū. i. illud
qd̄ ꝓbeo ſub hac forma. ¶ Querit᷑ etia; ſi
additio vel ſubtractio vel trāſpoſitio vl̓ in
interpoſitio vel mutatio fiat in illa forma
verboꝝ quā xp̄s expſſit. vtrū effectū ꝯſecra/
tionis īpediat. vt ſi dicat᷑ addēdo. hē corpꝰ
meū qd̄ aſſūpſi de v̓gine vel ſubtrahendo
hē corpꝰ. nō dicēdo meū. aut trāſponendo
dicēdo. corpꝰ meū hoc ē. vel interponendo
vt hē vtiq; corpꝰ meū. ſiue mutādo. vt hoc
ē corpus ieſu. Sane grauiter peccat q̄ qd̄li/
bet hoꝝ quomodolibet attēptauerit. pſerti
ſi formā intēdat mutare vel hereſim itro/
ducere. q2 forma v̓boꝝ quā xp̄s expſſit per
oīa d; illibata ſeruari. q;uis ſm̄ phm̄. noīa
⁊ verba trāſpoſita idē ſignificēt. neq; vtile
p inutile viciet᷑. ⁊ nō verbū ex verbo. ſed ſen/
ſum ex ſenſu transferendū ē. Quid ſi iter p/
latione forme panis ⁊ vini interponat᷑ ſpa/
cium. et quidē nihilominꝰ fit tranſſubſtā/
tiatio. De hoc m̄ dubiū nō ē ſm̄ illos q̄ duas
aſſerūt eē formas. vt iā dicet᷑. S; cū ad pro/
latione iſtoꝝ verboꝝ. hē corpus meu;. pa/
nis mutet᷑ in carnē. ⁊ ad platione illorum.
hic ē ſanguis meꝰ. vinū mutet᷑ i ſanguinē.
videt᷑ ꝙ panis ſine vino ⁊ vinū ſine pāe va/
leat ꝯſecrari. vt ꝓmiſſū ē. ⁊ ita ſi poſt plati/
onē iſtoꝝ ⁊ ante platione illoꝝ impedimē/
tū accedat ſacerdoti. q̄ minꝰ pcedere vale/
at. videt᷑ ꝙ panis ſit mutatꝰ in carnē. vino
in ſanguinē nō mutato. Nunquid ergo h
caſu alius ſacerdos totū repetet a pn̄cipio
⁊ ſic ſup panē iterabit᷑ ꝯſecratio. an v̓o ab
eodē loco tātū incipiet in q̄ ſacerdos ille di/
miſit. ⁊ ſic diuidet᷑ myſteriū vnitatis. Sup
h itaq; legit᷑ i ꝯcilio tholetano. Cēſuimꝰ cō/
uenire vt cū a ſacerdotibꝰ miſſaꝝ tpe ſacra
myſteria cōſecrant᷑. ſi egritudinis accidat
cuiuſlibet interuētus q̄ ceptū neq̄at ꝯſecra/
tionis expleri myſteriū. ſit liberū epō vel p̄/
ſbytero alteri ꝯſecrationē exequi cepti offi/
cij vt pcedētibus ſupple q̄ defecerūt libenter
alij p cōplemēto ſuccedāt. De hetiā dicet᷑
in. vij. pticula ſup verbo noui ⁊ eterni. ad fi/
nē. Verū cū int᷑ theologos de tpe ꝯſecratōis
ſit diuerſa ſnīa. q̄buſdā dicētibꝰ. ꝙ cū totū
ē dictū totū ē factū. alijs aſſerētibꝰ ꝙ panis
ante mutat᷑ in corpꝰ. ⁊ poſtea vinū mutat᷑
in ſanguinē vt dictū ē. iō plerı q; tutiꝰ ince/
dētes affirmāt ꝙ aliꝰ ſacerdos repetere d;
ꝯſecrationē atq; pficere. q̄niā nō d2 iteratū
qd̄ neſcit᷑ eē factu;. Tn̄ ne vlla fiat iteratio
vel diuiſio ſacramēti. nec aliq̄s ſcrupulus
erroris vel dubitatōis remaneat ꝯſiltiuſ
iudicat᷑ vt illa talis oblata ſtudioſiſſime p
infirmis recōdat᷑. ⁊ ſup alijs ſpeciebꝰ panis
⁊ vini totꝰ canon repetat᷑. ⁊ ꝓmiſſa hoſtia
ꝯſecrata in fine miſſe a miniſtro vl̓ alio ſu/
mat᷑. S; ſi vinū inueniri nō poſſit. vl̓ aliq̄
cāu intercedente defuerit. q̄rit᷑ vtrū neceſſita/
te cogēte vel cāu itercedente ſola panis ma/
teria poſſit in euchariſtiā ꝯſecrari. ſicut et
ſub ſola panis ſpecie d; euchariſtia reſer/
uari. Sūt ſane q̄ dicūt ꝙ cū v̓bū ⁊ elemen/
tū ꝯficiāt ſacramentū. nec forma v̓boꝝ nec
materia reru;. quas xp̄s expreſſit mutari ſi/
ue dimidiari poteſt. quia ſicut vinum ſine
pane. ſic panis ſine vino minime conſecra/
tur. Vn̄ ſiue aqua p vino mutat᷑ in calice;
ſiue ordeū p frumento formet᷑ i panē. ſicut
neutrū p ſe. ſic neutrū cū alio trāſſubſtātia/
tur in carne; aut mutat᷑ i ſanguine;. Nā ſi
panis ſine vino vl̓ vinū ſine pane mutari
poſſet i carne; aut ſanguinem. in his itaq;
regionibꝰ ui q̄bꝰ alterutrum inueniri non
pōt. licite poſſet alterū ſine altero conſecra/
ri. minus enī ignorātia q̄; neceſſitas. vl̓ ne/
gligentia q̄; difficultas excuſat. Alij v̓o di/
cunt ꝙ cū xp̄s priꝰ cōuerterit panem i car/
nem. ⁊ poſtea mutauerit vinū in ſanguinē
ſicut euāgelice lectionis textus oſtendit. et
ſine vino panem ⁊ ſine pane vinū ꝯſecrari
cōtingit. Grauiter tn̄ offendit q̄ negligent᷑
vel ignorāter alterutrā ſpeciem ꝓtermittit
grauiꝰ qui ſcient᷑ aut ſponte maxime ſi for/

mã intendit mutare vel hereſim introdu-cere. Quid ergo faciẽdũ ſacerdoti ſi vinũ poſt ↄſecrationẽ ↄperiat ꝑtermiſſũ. rñdeo ſi hoc ſtudioſe cã introducẽdi hereſim factũ ẽ nõ ẽ ſacramẽtũ corporis. ſi vero ꝑ obliuionẽ vel negligentiã nihilominus fcã ẽ ↄſecratio corporis vt p̃miſſũ ẽ. tũc tñ vt dicũt aliq̃ vinũ apponere dꝫ. ⁊ ſup illud ſolũmodo vba ad ↄſecrãdũ ſanguinẽ repetere. ſ. ab illo loco. Simili mõ. ⁊c. vſqꝫ in finẽ. omiſſis tñ crucibus duabus q̃ fiũt ſingillatĩ ſup panẽ. Alij vero dicũt ꝙ vino appoſito ĩ calice panẽ ↄſecratũ dꝫ imittere. ſic ꝙ poſſet abſqꝫ aliq̃ repetitõe ſumere ſacrificiũ ſicut fit in die paſceues. Alijs videt̃ ꝙ non dꝫ vinũ apponi ne ſcan-dalũ generet̃. Sꝫ qđ p̃mi dicũt verius ẽ. nã vtilius ſcãdalũ naſci p̃mittit̃ q̃ꝫ vitas relĩq̃t. Si enĩ hec vitas ꝑtermittat̃. ſ. ꝙ vinũ non apponat̃ non pt vere dici hoc ſacramẽtũ cõ-munio corporis ⁊ ſanguis. nec corpus xp̃i ſine ſanguine ſumi dꝫ. Uel hoſtia ſeruet̃ ⁊ ſup alijs ſpẽbus canon repetat̃ vt p̃miſſum ẽ. Verũtñ ſi ſacerdos aq̃ guſtata ieiuniũ ſol-uerit illa die nõ iteret ſacramẽtũ. Si ãt añ vba trãſſubſtãtiationis. ſ. hic ẽ calix. ⁊c. ad-uerterit vinũ fore ꝑtermiſſũ. vel etiã vtrũqꝫ ſcꝫ vinũ ⁊ aquã. tũc illa apponat ĩ calice. ⁊ ĩ ↄſecratione ꝓcedat. reincipiẽs ab illo loco. Hanc igit̃ oblationẽ ⁊c. ſi vero vinũ ſine aqua apponat̃ ñ iõ minus ẽ ſacramẽtũ. vt dicet̃ in ſe. ꝑticula ſup vbo. noui ⁊ eterni teſtamẽti. Quod ſi aliqđ de ſanguine ſtillauerit. de hoc etiã dicet̃ ſup verbo. q̃ ꝓ multis. Uerũ cũ ĩ-terdũ vni pontifici multi ſacerdotes ↄcele-brẽt. put dicet̃ in. vj. ꝑte ſub q̃nta feria cene dñi vbi agit̃ de oleo infirmoꝝ. ſi forte ñ ſil' oẽs ↄſecratoria vba ꝓnũciẽt. q̃rit̃ an ille ſo-lus ↄficiat q̃ p̃mus illa ꝓnunciat. ⁊ an ceteri iterẽt ſacramentũ. Si enĩ hoc ↄcedat̃ poterit ↄtingere ꝙ ille ñ ↄficit q̃ ꝑncipalr̃ celebrat. ⁊ ille ↄficit q̃ ſecũdario celebrat. ⁊ ſic pña ce-lebrãtis intẽtio defraudat̃. Sane dici põt ꝙ ſiue prius ſiue poſterius ꝓferãt ſacerdotes referri dꝫ eoꝝ intẽtio ad inſtans ꝓlationis epĩ cui ꝑncipalr̃ celebrãti ↄcelebrãt. ⁊ tunc oẽs ſil' ↄſecrãt ⁊ ↄficiũt. quãq̃ꝫ nõnulli con-ſentiant ꝙ q̃ p̃mus ꝓnũciat ille ↄſecrat nec

alioꝝ defraudat̃ itentio. q2 factũ ẽ qđ inten-derãt. Conſueuerũt ãt p̃ſbyteri cardinales romanoꝝ circũſtare pontificẽ ⁊ cũ eo pit̃ celebrare ⁊ ↄſũmato ſacrificio đ manu eius cõiõnẽ accipe. ſignãtes aplõs. q̃ cũ dño pa-riter diſcũbẽtes ſacrã de manu eius euchari-ſtiã acceperũt. Et in eo ꝙ ↄcelebrãt oñdũt aplos tũc a dño ritũ huius ſacrificij didiciſ-ſe. ¶ Sane dictis vbis illis hoc ẽ corpus meũ ſacerdos eleuat corpus xp̃i. iuxta illđ Leui. xxiij. offeretis panes p̃mitiaꝝ duos de dua-bus decimis ſil'r qs eleuabit ſacerdos corã dño. p̃mo vt cũcti aſtãtes illud videãt ⁊ pe-tãt ꝙ ꝓficiat ad ſalutẽ. iuxta illđ. Ego ſi ex-altatus fuero a tra. ⁊c. Scđo ad notãdũ ꝙ ñ ẽ aliud dignũ ſacrificiũ imo eſt ſup oẽs ho-ſtias. Tertio exaltatio euchariſtie ĩ manu ſacerdotis ſigt̃ xp̃m verũ panẽ ꝑ ꝓphas in ſcripturis exaltatũ. qñ. ſ. eius incarnationẽ ꝓphetizabãt. Unñ Eſa. Ecce vgo ↄcipiet. et hũc cibũ fore ceteris excellẽtiorẽ. ſil'r ⁊ đ po-tu. Quarto ſigt̃ reſurrectionẽ. Quinto ho-ſtia eleuat̃ vt ꝑpl's ñ ꝑueniẽs ↄſecrationẽ ſed ex hoc cognoſcẽs illã factã eẽ ⁊ xp̃m ſuper altare veniſſe reuerent̃ ad terrã ꝓſternat̃. iuxta illud ad phil'. In noĩe hieſu oẽ genu flectat̃. ⁊c. Et illũ corde ⁊ ore adorẽt. iuxta il-lud apl'i. ad roma. Corde credit̃ ad iuſticiã ore aũt ↄfeſſio fit ad ſalutẽ. Alia rõ ponet̃ ꝓ-pe finẽ. xi. ꝑticule canonis. Licet igit̃ fides ſufficiat ad ſalutẽ. iuxta illđ Auguſtini. crede ⁊ mãducaſti. nõ tñ ſupflua eſt eleuatio. tũ propt̃ cauſas p̃miſſas. tũ q2 ibi tp̃s et lo-cus agendi opus ſe offerũt. fides ſine opibus ſm iacobũ mortua ẽ. Propt̃ eaſdẽ q̃ꝫ cau-ſas calicis eleuatio licet ſanguis videri nõ poſſit ſupflua nõ ẽ. Utꝝ aũt calix coopertus eleuari debeat. dicet̃ in ſequenti ꝑticula ſu-per vbo. qui ꝓ vobis. Et tã corpus q̃ꝫ calix cũ vtraqꝫ manu eleuant̃ ꝓpter maiorẽ re-uerentiã ⁊ ſecuritatẽ. Et exinde ſtringit pol-lices ⁊ indices. put dicetur ſup vbo. Unde ⁊ memores. in eleuatione aũt vtriuſqꝫ ſq̃l-la pulſatur. nã ⁊ in veteri teſtamento leuite tpe ſacrificij tubas clangebant argenteas. vt eaꝝ ſonitu ꝑpl's p̃monitus foret ad ado-randũ dñm ꝑparatus. Et propter cauſam

eā dē ſquilla pulſat. dū corp⁹ xp̄i ad īfirm̄ ī portat̄. Mala etiā capellā dn̄i pape baiulans ſquillā fert. ob reuerēnā reliq̄az quaſ portat. tūc etiā cerei accēdunt̄ propt̄ cauſaz in ſecunda parte ſub n. de acolito ſcriptam.

## Septima pars canonis

## Simili modo ⁊c

Septima ps. Licet ſub vtraq̄z ſpē ſumat̄ vtrūq̄z. ſ. corp⁹ ⁊ ſanguis. vtraq̄z tn̄ ſpēs ꝯſecrat̄ ⁊ neutra ſupfluit. vt oſtēdat̄ ꝙ xp̄s hūanā naturā totā aſſumpſit ſ. corp⁹ ⁊ aīaz vt totā redimeret. Panis enī refert̄ ad carnē ⁊ vinū ad aīaz. q2 vinū ſanguinē opat̄ in q̊ ſedes ē aīe. Vn̄ legit̄ ī leuitico. Aīa carnis in ſanguine ē. moiſes q̄q3 teſtat̄ ꝙ caro ꝓ corpe. ſanguis aūt offert̄ ꝓ aīa. q̄ circa panis ⁊ vinū in ſacrificio offerunt̄. qd̄ valet ad tuitionē corpis ⁊ aīe. ne ſi ſub ſpē panis ſanguis ſumat̄ cū corpe. et ſic ſub altera tātū ſpecie ſumat̄ ad alterius tantū putet̄ ptinere ſalutē. Et quāuis ſub ſpecie panis ſanguis ſumat̄ cū corpe. ⁊ ſub ſpecie vini ſumat̄ corp⁹ cū ſanguine. tn̄ ſm̄ Innocēniū tertiū. nec ſanguis ſub ſpē panis. nec corp⁹ ſub ſpecie vini bibit̄ aut comedit̄. q2 ſicut nec ſanguis comeditur nec corp⁹ bibit̄. ita neutꝝ ſub ſpē panis bibitur aut ſub ſpecie vini comedit̄. ⁊ ſi cōceſſibile videat̄ ꝙ corp⁹ bibēdo ⁊ ſanguis comedēdo ſumat̄. Eſt ergo ſm̄ cū mod⁹ ſumendi carnē ⁊ ſanguinē q̊ neutꝝ mādūcat̄ aut bibit̄. ⁊ iō recte ſtatuit̄ ī canone ꝙ corpus xp̄i ſacerdos ſine ei⁹ ſanguīe nō ſumat. Vn̄ in quibuſdā locis. p⁹ ſumptionē corpis ⁊ ſanguinis xp̄i aliq̄d d̄ ipſo ſanguine reſeruat̄ in calice. ⁊ ſupinfundit̄ vinū puꝝ. vt alij cōmunicātes inde ſumāt. nō enī eēt decēs tātū ſanguinē cōficere. nec calix capax inueniret̄. Vtꝝ aūt ꝓ ꝯtactū ſanguīs vinū appoſitū efficiat̄ ſacramētū. dicet̄ ſup v̄bo. h̄ ē calix. Sequit̄ poſtq̄z cenatū ē. ⁊c. Decima quarta luna pmi mēſis ad veſperā xp̄s ſm legē tipicū paſca cū ap̄lis celebrauit. d̄ quo cū dixiſſet. Deſiderio deſideraui hoc paſca mādūcare vobiſcū anteq̄z patiar. cur hoc diceret. ſtatim oñdit. vt. ſ. veteri paſce finez īponēs noui paſce ſubſtitueret ſacramētū Accipiēs enī panē z bn̄dixit ac fregit. deditq3 diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ comedite h̄ ē corp⁹ meū qd̄ ꝓ vobis tradet̄. Silr ⁊ calicē poſtq̄z cenauit dicēs. Bibite ex hoc oēs. hic ē ſanguis noui teſtamēti q̄ ꝓ vob ⁊ ꝓ multis effundet̄ in remiſſionē peccatorū. h̄ facite in meā ꝯmemorationē. hac igit̄ inſtitutione īformati celebram⁹ iugiter ꝑ myſteriū qd̄ ſemel offerebat̄ in p̄ciū. Naz vbi veritas venit figura ceſſauit. Chriſtuſ enī p⁹ cenā corp⁹ ⁊ ſāguinē ſuū dedit apoſtolis. vt h̄ ſacramentū velut vltimū teſtatoris mādatū arti⁹ memorie ꝯmēdaretur Vn̄ nouiſſimū condens heredib⁹ teſtamētū dixit. Vos eſtis qui pmāſiſtis mecū in tēptationib⁹ meis. ⁊ ego diſpono vobis regnū ſicut pater me⁹ mihi diſpoſuit. vt edatis ⁊ bibatis ſup menſā meā in regno meo Et licet ap̄li eucariſtiā nō ieiuni accepint nō iō calūniandū ē ꝙ pranſi debeāt hoc ſacramentū recipe. ſicut faciebāt illi q̄s ap̄ls arguit dicēs. Cōuenientib⁹ vobis in vnū iā nō ē dn̄icā cenā mādūcare. vnuſq̄ſq3 enī p̄ſumit cenā ſuā ad mādūcādū. ⁊ aliuſ quidē eſurit. alius ebri⁹ ē. Itē ex h̄ v̄bo p⁹q̄z cenatū ē. videt̄ ꝙ ſacerdos cōicare debeat priuſq̄z tranſeat ad calicis ꝯſecrationez Sed de h̄ dicet̄ ſub tit. de cōicatione ſacerdotis. Sequit̄. Accipiēs ⁊ hunc p̄clarū calicē. ⁊c. ponitur ꝯtinens ꝓ ꝯtento. Nā ⁊ in⁹ ⁊ idem. ⁊ tūc ⁊ nūc. ⁊ hic ⁊ ibi ſacrificat̄ ab oīb⁹ totus eſt in celo totus eſt in altari ſil. ⁊ ſedet ad dextrā patris. ⁊ manet ſub ſpecie ſacramēti. ſicut tactū eſt in. vj. pticula ſup v̄bo eleuatis oculis. ꝙ aūt vinum in calice ꝯſecrauit. patet ergo ex eo ꝙ ipē ſub iunxit Non bibā amodo ex h̄ genimine vitis. ⁊c. Et fiunt iſte ꝯſecrationes cū ſigno crucis vt dictū ē i. vj. pticula ſup v̄bo. Bn̄dixit. q2 virtute crucis ⁊ verboꝝ fit tranſſubſtantiatio naturaꝝ. Hec aūt ſunt verba. Hic ē calix ſanguiniſ mei. i. continenſ ſanguinē meum vel ſanguiniſ ſignificāſ paſſionē. ⁊ nota ꝙ paſſio dr̄ calix vel a calida potione. vl q2 menſurate ſumit̄. Fidelis enī de⁹ q̄ non ſinit nos affligi. pluſq̄z portare poſſumus.

De calice dictū eſt in ꝑte ꝑma ſub titu. de pi
cturis. Dicāt parū eleuato calice ſacerdos
illū deponēs n̄ obſerit eū ad notādū ꝙ qlibet
apl'oꝝ ſic calicē accepit. ꝙ vnicuiqꝫ dn̄s mi/
ſtrauit. Sequit̄. Noui ⁊ eterni teſtamenti.
ſubaudi ꝯfirmatio. noui dicit. qꝛ nos inno
uat ꝑ fidē xp̄i. eterni dicit. qꝛ lex noua nō eſt
tranſitoria ſicut antiq̄. Vet⁹ enī teſtamētū
qd̄ hircoꝝ ⁊ vituloꝝ fuit ſanguine dedica/
tū. ꝓmittebat bonū tp̄alia ⁊ trāſitoria. No/
uum v̄o qd̄ xp̄i ſanguīe fuit ꝯſecratū ꝓmit/
tit eterna. Et ideo teſtamētū illud fuit vetuſ
⁊ tranſitoriū hoc aūt nouū eſt ⁊ eternū De
nouo habet̄ Luce. xxij. Diſpono vobis re/
gnū ⁊c vt ſupra. Vel inde ꝓbat̄ eternū. i. ꝑpe
tuū. vn̄ aſſerit̄ nouū. i. vltimū. Nouiſſimuꝫ
ē hoīs teſtamētū īmobile ꝑſeuerat. qꝛ teſta/
toris morte firmat̄. iuxta illud apl'i. Teſta/
mentū in mortuis ꝯfirmatū eſt. Alioquin
nō valet dū viuit q teſtat⁹ eſt. Porro teſta
mentū nō ſolū dr̄ ſcriptura ſed ⁊ ꝓmiſſio. vt
dicet̄ in ꝓhemio. vij. ꝑtis Et ſc̄dm hūc moduꝫ
dr̄. Hic eſt ſanguis noui ⁊ eterni teſtamēti.
id eſt ꝯfirmatio noue ⁊ eterne ꝓmiſſionis.
ſic dn̄s ipſe ꝓmittit. Qui mādūcat carnem
meā. ⁊ bibit meū ſanguinē hꝫ vitā eternam.
Vn̄ nec ꝑmū teſtamentū vt inq̄t apl's ſine
ſanguine dedicatū eſt. Lecto enī vniuerſo
legis mādato. moyſes accipiens ſanguinē
hircoꝝ aut vituloꝝ. ipſū librū ⁊ oēm ꝑplm
aſꝑſit dicēs Hic eſt ſanguis teſtamenti qd̄
mandauit ad vos de⁹. Ecce q̄ꝫ ꝓprie moy/
ſes v̄ba ꝓdicit q̄b⁹ xp̄us vſus ē i cena Que
rit̄ vtꝝ aq̄ q̄ ī vino ꝯuertat̄ in ſanguinē. De
q̄ etiā iaꝫ infra dicet̄. Si enī ꝯuertit̄. ergo aq̄
ē ſacramētū ſanḡnis. imo videt̄ ꝙ ꝑpli Naꝫ
aque multe ꝑpli multi. ⁊ ob h̄ aq̄ vino miſce
tur vt xp̄o ꝑplus aduneṫ. Nā ⁊ de latere xp̄i
ſanḡs exiuit ⁊ aq̄. ꝓut tactū eſt ſubti. de ob/
latione Si v̄o nō ꝯuertit̄. q̄rit̄ vbi poſt con
ſecrationē exiſtit ⁊ qn̄o ſepat̄a vino cui fue/
rat in vnū ꝯmixta. Si aūt poſt ꝯſecratiōeꝫ
aq̄ pura ꝑmanſerit. ſc̄dm h̄ nō bibit ſolū ſanḡ
nē ſacerdos in hoc ſacramēto. ⁊ ſic p⁹ ꝑmā
ſumptionē iterū eodē die cōicare nō dꝫ. ac ſi
ꝑus aquā bibiſſet. Nā idcirco ſacerdos p⁹
qꝫ ꝑfudit eodē die iteꝝ nō ſacrificat. qꝛ vinū

purificationis ſumpſit. An forte dicet̄ ꝙ ſicꝫ
vinū mutat̄ in ſacramentū redēptionis. ſic
et aqua trāſit in ſacramētū abſolutionis. q̄
de latere xp̄i ꝑiter effluxerūt. Quis hoc au/
deat diffinire. Nā ⁊ illud inq̄rit̄. Vtꝝ xp̄us
reſurgens ex mortuis ſanguinē illū reſum
pſit quē in cruce effudit. Si enī capillus de
capite nr̄o non ꝑibit. q̄nto magis ſanḡs ille
non perijt q̄ fuit de v̄itate nature. ⁊ tn̄ ille in
pleriſqꝫ eccl'ijs dr̄ ꝯſeruari. Quid etiā de cir
cūciſione ꝑpucij vel de ꝑciſione vmbilici di
cet̄. an in xp̄i reſurrectione redijt ad v̄itatem
humane nature ⁊ ad locū glorificanī. Sed
meli⁹ ē totū deo ꝯmittere q̄ꝫ aliquid temere
diffinire. Credit̄ tn̄ ꝑpuciū in lateranē. baſili
ca ꝯſeruari. licet a quibuſdam dicat̄ ꝙ illud
fuit in hierl'm delatū ab angelo Karolo ma
gno q̄ trāſtulit illud ⁊ poſuit aq̄ſgrani ho/
norifice in eccl'ia btē marie Sed p⁹ a karo/
lo caluo poſitū ē in eccl'ia ſcꝫ ſaluatoris apd̄
caroſiū. Sed ſi hoc verū eſt mirandū ē. Cū
eniꝫ caro illa de v̄itate hūane nature fuerit.
credit̄ ꝙ xp̄o reſurgēte ad locū ſuū glorifica
tū redijt Aliq̄ tn̄ dixerūt ꝙ h̄ verū eſſe poſſet
iuxta opinionē eoꝝ q̄ dicūt id ſolū eſſe de v̄i
tate nature hūane ⁊ reſurgere. qd̄ ab adā tra
ductum eſt. Illud aūt oīno nephas eſt opi
nari qd̄ quidā dicere ꝑſūpſerūt. vicꝫ aquaꝫ
ī flegma ꝯuerti. Nā ⁊ de latere xp̄i nō aquā
ſed aquaticū hūorē. i. flegma mētiunt̄ exiſſe.
Duo nanqꝫ ꝑcipua eccl'ie ſacramēta de xp̄i
latere fluxerūt. videlicet ſacramentū redem/
ꝑtionis in ſanguine. ⁊ ſacramentū regene/
rationis in aqua. Nō enī baptizamur ī fle/
gmate ſed in aqua. iuxta illud euāgelij. niſi
q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ et ſp̄ū ſancto nō intra
bit ī regnū celoꝝ. Quibuſdā tn̄ n̄ videt̄ ab/
Poſtea uero non reſtat niſi ſabbatiſm⁹. Et ē epla de ſabbō mētis Fr̄es hortamur vos. Per ſabbatū vō mētis venit ad ſabbatū etnitatis. ⁊ iō dr̄ euāgeliū d̄ trāſfiguratōe dñi. in q̄ apparuerūt tātū moyſes ⁊ helyas. q̄r exēplo aīarū eccla ad ieiuniū. In miſſa h⁹ diei lectio pria ē. Orauit moyſes. deut. xxvj. c. Scda ē. Dixit moyſes filiis iſrl̄. ibidē. xj. c. Tertia ē. Orōez faciebāt. ij. mach. j. c. Quarta. Miſerere nr̄i. ecc. xxxvj. c. Quīta ē. Angel⁹ dñi. d̄ q̄ dictū ē ſb q̄rta feria tertie hebdomade de aduētu. Q̄r ergo ꝓ ordinādis orat ecclesia cātat introitū Intret in ꝯſpectu ⁊c. Et graduale. ꝓpici⁹ eſto ⁊c. ⁊ ꝓtector noſter ⁊c. ⁊ ꝯuertere dñe ⁊c. ⁊ dirigatur ⁊c. ⁊ ad dñm cū tribularer ⁊c. Ad q̄nq3 lectōnes flectit genua. vt q̄nq3 ſenſus ordināndoꝝ a dño dirigātur. Quia vō dyaconi ⁊ ſacerdotes tāq̄ ꝑfectōres etnis intēdere tenent̄. inde eſt q̄ añ ſextam lectōnez ſiue añ eplā3 nō dr̄ flectam⁹ genua. ſicut nec añ euāgeliū. Hoc etiā fit ꝓpt̄ reuerētiā aplice lectōis. Et ꝓpt̄ eandē etiā cām ad orōez ſup ꝓplm genua nō flectim⁹. ſed ſolū capita inclinam⁹. Rurſus q̄r multū valet deprecatio eccle aſſidua. Quis enī q̄ nō audiatur in tribulatōib⁹. Idcirco q̄nto loco legitur lectio de trib⁹ pueris de camīo ignis liberanis. ⁊ ſequitur grā̄r actiōes in cantico. Bñdict⁹ es dñe ⁊c. Quia vō officiū pdicatōis etiā ad ſubdyaconū ptinet. idcirco ſeq̄tur epla pauli. ꝑma ad theſ. vlt. c. Rogam⁹ vos corripite inq̄etos. ꝯſolamī puſillanies ⁊c. Officiū enī pdicatoris ē alios corripe et reliq̄ facere q̄ in epla ipa docet̄. ⁊ ita ipa epla ptinet ad ordiatos ſaltē in ſacris. Deinde ſe

quitur tractꝰ Laudate dñm o. gē. in q̄ oēs inui-
tant ad dei laudē. q̄ miſtros ſuos ſua miſe-
ricordia ꝯfirmat. Tractꝰ ergo ⁊ cātícū. bñ-
dictꝰ es. ſūt ordiatoꝝ. ⁊ q̄ ſacerdotes ī virū
pfectū ꝯmutari dñt. q̄ꝝ miſterio panis ⁊ vi-
nū trāſſubſtātiant in corpꝰ ⁊ ſanguinē dñi.
inde eſt ꝙ legit̄ euangeliū de trāſfiguratōne
Aſſūpſit ieſus petꝝ ⁊c. math. xvij. c. dñt enī
transfigurari. ita ꝙ in eis nō appareat niſi re-
ſurrectio dei. Sed q̄ in pñti ſine tribulatōe
aut vix aut nūq̄ꝫ eſſe poſſumꝰ. ⁊ ppterea ſp
ad dñm clamādū eſt. inde eſt ꝙ ſeqt̄ offer-
toriū. Dñe deꝰ ſalutis meę. ⁊c. et poſtcōmu-
nio. Dñe deꝰ in te ſperaui ⁊c. Priuilegiatū ē
ꝫ ſabbatū. q̄ in eo ordines celebrant.

## De ſcd̄a dñica quadrageſime.

Hec ſecunda do-
minica intitulat̄ dñica vacat. p-
eo ꝙ caret ppo officō. Jō aūt ca-
ret officio. nā cū in p̄cedēti hebdomada oc-
currūt q̄ttuor tpa. in q̄ꝝ fine ordies celebrāt̄
habebat antiq̄ eccłie iſtitutio. vt poſt finem
diei ſabbati incipet officiū ordinū. ⁊ ī die do-
minica termīaret. ⁊ ita officium quod in fi-
ne diei ſabbati incipiebat̄ vſq̄ꝫ ī diē dñicā p-
tēdebat̄. ⁊ ſic tūc ipſa dñica ppria caret offi-
cio. Uerꝝ q̄ difficile erat a ſexta feria vſq̄ꝫ in
diē dñicā nil comedere. factū eſt ut in ſabbo
ordies celebrent̄. ⁊ ī die dñica q̄ vacat officio
officiū q̄rte ferie p̄cedētis repetat̄. Pōt etiā
dici ꝙ eccłia ſuſpēdit organa ſua in hac dñi-
ca q̄ ē q̄nta a ſeptuageſima ad ſilitudinē po-
puli q̄ exulſtēs in captiuitate nec altare. nec tē-
plū habuit. unde organa ſua ſuſpēdit. q̄r epp-
um nō hꝫ officiū. Sic aūt dñica iſta vacat
ab officio ppño. ita ⁊ oēs q̄ntē ferie q̄drage-
ſime q̄ndā ppo carebāt officio. put ſub q̄n-
ta feria dicet̄. Et attēde ꝙ hec dñica vacat
ſolū cantu diurno. nec vacat oīno officio.
nec euāgelio. ⁊ iō ſolū in g̃duali dꝫ ītitulari
dñica vacat. ⁊ nō ī antiphonario. nec ī euā-
geliario. Et in q̄buſdā eccłijs dr̄ euāgelium
Egreſſus ē. q̄d dictū eſt ī ppria q̄nta feria. Jn
alijs. Aſſūpſit ieſus petrū. Uerū in p̄cedenti
dñica dictū eſt ꝙ in ipſa dñica armauit dñs
militē ſuū q̄ttuor cardinalibꝰ v̄tutibꝰ ⁊ gla-
dio v̄bi dei. Sꝫ q̄ vt p̄miſſū eſt in ſcd̄a feria
pugna nō libent̄ ſuſcipit̄. niſi p̄miū oñdat̄.
iō agit̄ in hac ſcd̄a dñica de bñdictōne. q̄ eſt
q̄ntuplex. ſcꝫ bñdictō liberatōis. grē augmē-
ti grē. ꝯtēplationis ⁊ glīe. Quia v̄o bñdictio
illa ipetrat̄ p orōem. iō dñica iſta ꝯſiſtit in
orōne. Vñ dicitur in introitu Reminiſcere mi-
ſerationū tuaꝝ ⁊c. petēs cantu lugubri libe-
rationē a vicijs ⁊ peccatis ⁊ ſpiritibꝰ īmun-
dis. Hec eſt pria orō ⁊ ſignificat primā dei bñ-
dictionē ſcꝫ liberationis. Jn epła v̄o que eſt
Rogamꝰ vos ⁊c. j. theſ. iiij. ca. petit ſibi dari
ſcd̄aꝫ bñdictionē ſcꝫ grē ſiue gratiā ad bene
ambulādū ⁊ bñ agendū dicēs. Hec eſt enī
volūtas dei. vt digne ambulemus. vt ſciat
vnꝰ q̄ſq̄ꝫ vas ſu. poſſidere ī ſctificatōe. ſ. vt ſit
celeſte corpꝰ ⁊ celeſtia appetat. ⁊ ī honore. ſ.
vt ſit dō dignū tēplū. q̄ ſedes dei ⁊ tēplū ſpi-
ritus ſancti ſūt nrā corpa vt ait apłs. Qui ſq̄
caſte ⁊ pie viuit tēplū dei eſt ⁊ ſpūſſcti ſedes
Et ī hac ſola dñica idē ē g̃duale ⁊ tractꝰ. eo
ꝙ ipſa tota ꝯſiſtit ī orōne liberatōis. Orō ex-
p̄mit laborē ⁊ plāctū. q̄ duo ſignificāt in g̃dua-
li ⁊ tractu. Eſt aūt g̃duale. Tribulatōes. ⁊c.
Tractꝰ ē de neceſſitatibꝰ ⁊c. Alij aūt dicūt
tractū. dixit dñs mulieri. q̄ eſt math. xv. Ter-
tia bñdictio. ē bñdictō augmēti grē. Quar-
ta ꝯtēplationis. Quīta bñdictio glīe. Q̄ v̄o
bñdictōes hmōi nō habent̄ vel ꝯſeruant̄ ſine
magna lucta. iō ī nocturno officio de lucta
iacob cū angelo ⁊ in vtero agit̄. vt exēplo ia-
cob ſupplātemꝰ frēs nrōs malos. ſ. ſi q̄d no-
bis inferūt iniurie diſſimulātes. Et fit pug-
iſta in vtero rebecce. i. eccłie. Rebecca ei grā
interp̄tatur. Jn p̄io rñſorio ī nocturnis
agit̄ de augmēto grē. dixit ei yſaac ad filiū
tolle arma tua. pharetrā ⁊ arcū ⁊c. Arma p-
dicatoris ſūt ſacre ſcripture. q̄ dicunt̄ phare-
tra. q̄ de eis ſumūtur ſagitte ad pcutiendū
dyabolū. Jacob igit̄. i. verꝰ p̄dicator venat̄
⁊ interficit hoīes bona venatione ⁊ īterfectō-
ne. ſcꝫ p arcū ſacre ſcripture. ⁊ in ſe occidit be-
ſtias. i. vicia et pctā. ſ. porcū luxurie. ⁊c. ⁊ tūc
cenat cū eo yſaac. i. riſus. ſcꝫ dñs. q̄ d̄lectat̄ in
talibꝰ. Sunt enī ei delicie cenare cū talibus.
Vñ ſm rñſoriū eſt. Ecce odor filij mei ſicut
odor agri pleni. i. p̄adiſi. Hoc etiā eſt ī q̄d

supra dicit apl'us. vt sciat vnusquisqz vas suū possidere in sanctificatione ⁊ honore. Sequitur v̄sus. Qui maledixerit ei. sit ille maledictus. Omnes enī q ꝑplo xp̄iano iunioꝛ maledicūt. maledicti sūt. vt iudei gentiles ⁊ alij In tertio respōsorio dicitur. Det tibi deus de roꝛe celi. et de pinguedine terre abūdantiā. esto dn̄s fratrū tuoꝝ. seruiant tibi trib⁹ ⁊ ꝑpli. Hec benedictio daṫ eccl'e vt oībus populis dn̄etur. Ista v̄o tria responsoꝛia sunt septimi toni ad significandū qꝛ ipsa ecclesia impetrat nobis grāz septifoꝛmē sp̄ussancti. In scd'o nocturno in q̄busdā eccl'iis est respōsoriū Si dn̄s ꝛc. In cui⁹ v̄su dr̄ Jacob erexit in titulū lapidē. fundens oleū desuper Quod nos facim⁹ cū imitatione xp̄i bona agim⁹ Ungim⁹ enī eū p fidē. cū ipsū hoiez plenū grā esse credimus Et duo responsoria sūt de p̄mo ⁊ vnū de sexto tono. quia d xp̄o agunt q est principiū ⁊ finis et in sexta etate vnctus fuit oleo leticie p̄ pticipib⁹ suis In septimo v̄o respōsorio orat iacob Erue me de manu fratris mei. qꝛ valde eū timeo. Ualde enī debet timere sanct⁹. ne corrūpaṫ a malis. In octauo vero responsorio agiṫ de bn̄dictione ꝯtemplationis Unde ibi habetur de lucta iacob cū angelo. qꝛ p orōnem debem⁹ luctari cū dn̄o. donec habeam⁹ statū ꝯtemplationis Et dixit ei angel⁹. Dimitte me auroꝛa est. i. satis habes fidem vel caritatem vel gratiā. nec debem⁹ dimittere donec de luctatione ꝯtra vicia faciat nos contemplari uos. quia regnū celoꝝ vim patiṫ. et violenti rapiunt illud Tunc videtur sine nubilo peccati. Unde in nono responsorio dicit iacob Uidi dn̄m facie ad faciem. i. sine nubilo peccati. nō sine velamine creaturaꝝ Hac ratione eccl'a parisiensis dr̄ legere hac die euangeliū de transfiguratione. q est benedictio gloꝛie. ⁊ ita patet qꝛ habita benedictione liberationis. gratie. et augmenti gratie. ⁊ contemplationis. ⁊ considerato p̄mio gloꝛie. libenter et foꝛtiter pugnant milites chꝛisti

### De secunda feria.

Secunda feria est de oratione Unde in ep'la q̄ incipit Orauit daniel ꝛc. daniel. ix. ca. ostendit qntū valet oratio cū ieiunio. Daniel id est vir desideriorū. orauit p ꝑplo suo ⁊ abstinuit a regalib⁹ cibis. ⁊ vsus est leguminibus et ideo exaudita est oratio eius. sicut ei dictū est ab angelo. Sed quia nil valet orō nisi q fit in cognitione dei. ideo sequiṫ euangeliū iohānis. viij. Ego vado ⁊ queretis me et nō inuenietis. dicit domin⁹ iudeis. Et iterum Ego sum de sursū ꝛc. ego nō sū de hoc mundo. Et nō cognouerūt eum. et ideo adhuc manēt in peccatis suis. Ibi itaqz diuidit domin⁹ spirituales a carnalib⁹. i. aquas que sūt sub firmamēto ab his que sunt sup firmamentū. Et ita huic secūde ferie ꝯpetit opus secūde diei. et ideo introit⁹ est de secūdo tono Carnales ei nō possūt orare deū quia nō cognoscunt eū. Naz q in carne sūt deo placere nō possunt. Nempe ea q̄ in introitu. graduali. offerenda et ꝯmunione cantātur. sunt oratōnes ꝯsolationes ⁊ laudes cōuerse gentilitatis cui domin⁹ exhibuit intellectum.

### De tertia feria.

Tertia feria est de ope diei tertie. qd' est. Congregētur aque oēs in locū vnū ⁊ terra fructificet. Hoc fit quādo hō nō curat d voluptatib⁹ carnis ⁊ ieiunat p caritatē Jeiuniū laudabile est. vt hō nō sit multū curiosus de cibo coꝛpali. vt dr̄ in euangelio Nolite soliciti esse. solicitudine sc; suffocante. sed solicitudine ꝓuidentie possum⁹ ⁊ debemus Ideo introit⁹ est Tibi dixit coꝛ meum exqsiuit te. tertij toni. ꝓpter opus tertie diei. In ep'la v̄o Fact⁹ est sermo domini ꝛc. iij. reg. xvij. ca. hoꝛtaṫ eccl'ia vt nō sim⁹ multū soliciti. et hoc p helyam. q pastus est a vidua sareptana. ⁊ a coruo. ⁊ ipse etiā pauit viduam dicens Non deficiet farina hydrie. id ē gratia de coꝛde. nec oleū de lechito. i. grā seu vnctio spiritualis desuper Hoc ideo hoꝛtaṫ per euāgeliū. Super cathedrā moysi ꝛc

matħ.xxiij.c.vbi ſequit᷑ Unꝰ eſt magiſter ve
ſter.⁊ vnꝰ eſt pater veſter q̇ in celis eſt.q̇ hꝫ
curaꝫ de oı̄bus. Rurſus sareptana mulier
in introitu affectū ad xp̄m oſtendit dicens.
Tibi dixit cor meū. In graduali ſeipſaꝫ cō
ſolat᷑ ⁊ hortat᷑ dicēs. Iacta cogitatū tuū In
offerenda miſcdiāꝫ petit. In ꝯmunione q̄ſi
ſecura ſe mirabilia narraturā ꝓmittit.

## De quarta feria

QUarta feria eſt de
pnīa.q̄ feria eſt dies pnīe. In illa eni
ꝗ̄ traditꝰ eſt ſaluator. Et oſtendit in epi
ſtola. Orauit heſter ꝛc.heſter.xiij.c.q̄ntū eaꝫ
orō faciat efficacē p orōnē heſter.q̄ cū regia
exiſteret induta fuit cilicio.⁊ p orōnem ipe/
trauit ſuſpenſionē aman in patibulo.qḋ pa
rauerat mardocheo. Quia vō pn̄ia ꝯcipit᷑
in more iudicij.ideo de pſalmo penitentiali
q̇ intitulatur per octauam reſurrectionis.
ſ.Domine ne in furore.ſumit᷑ introitꝰ. Ne
derelinquas me.ꝛc. Quia vō nō valet pnīa
niſi imitet᷑ xp̄m.ideo ſequit᷑ euangeliū Aſcē
dens ieſus.ꝛc.matħ.xx.capitlo.de cruce xp̄i.
vbi habet᷑. Ecce aſcendimꝰ hieroſolimā Et
ſequit᷑ ibidem de filijs zebedei q̇ petierūt vt
vnꝰ ſederet a dextris ⁊ aliꝰ a ſiniſtris. Et di/
xit eis dn̄s. Poteſtis bibere calicē queꝫ ego
bibiturꝰ ſum ꝛc. Qui non biberit de calice
penitentie.⁊ nō bibet de calice glorie. Et pꝰ
ponit ſe xp̄s apoſtolis in exemplū qui de h
iraſcebantur.

## De quinta feria

QUinta feria eſt de
piſcibꝰ ⁊ auibꝰ.i.de nō confidē/
tibus in dn̄o ⁊ ꝯfidentibꝰ in ho/
mine.de quibꝰ habet᷑ in ep̄la. Maledictus
hō qui ꝯfidit in hoīe.hiere.xvij.capitulo et
ponit carnē brachiū ſuū ꝛc. Et poſt Benedi
ctꝰ vir qui ꝯfidit in dn̄o Et hec oſtendūtur
per euangelium. Homo quidā ꝛc.luce.xvj.
quod eſt de diuite ⁊ lazaro Diues enī non
ꝯfidebat in dn̄o.⁊ ideo in inferno poſitꝰ eſt
pauper vō ꝯfidebat.⁊ ideo in ſinu abrae re/
quieſcit In offertorio vō.ꝑcatꝰ ē moyſes.
ꝛc.oſtendit q̄ oratio iuſti efficax eſt. Moy/
ſes enim erat ouis.quia manſuetiſſimꝰ ho
minum fuit.⁊ eſt forma ieiunij.⁊ placatio/
nem impetrauit ſuper iram qua dominus
iratus erat iudeis propter vitulū ꝯflatilem
Rurſus quidam hodie legūt euangeliuꝫ
in quo docet dominꝰ non in hominis ſed
ſolius dei teſtimonio ꝯfidendum.de ſeipſo
enim loquens ait ſecundū carnis fragilita
tem. Si ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo
teſtimoniū meum non eſt veꝝ Et infra Ab
homine teſtimoniū non accipio. Et infra.
Habeo teſtimonium maius iohāne. His
conſonat premiſſa lectio de hiere. Maledi/
ctus homo qui confidit in homine ꝛc. Et in
fra Benedictus vir qui confidit in domīo.
Confidens igitur orat in introitu ⁊ in gra/
duali.⁊ etiā in offerenda in ꝑſona moyſi.in
qua fit verborum repetitio.q̄ ſepe ad domi
num ꝓ ꝑplō interceſſit. De hoc etiā dictū eſt
ſub ſecunda dominica poſt epiphaniam.
Communio. Qui manducat.ioħ.vj.capi.
oſtendit quid vtilitatis ꝓueniat confiden/
ti.ſcilicet q̄ in chriſto maneat ⁊ chriſtꝰ in eo
Et hec communio bene congrueret ſabba/
to ante dominicam palmaꝝ. Notanduꝫ
autem eſt q̄ ſicut precedēs dominica vacat
ab officio.ꝓut ibi dictuꝫ eſt.ita et omnes q̄n
te ferie in q̄dragesima quondam proprio ca
rebant officio. excepta forte q̄nta feria cene
domini Illa tamen mutuat introitū a ter/
tia feria illam precedenti. Nam ſicut q̄libet
quinta feria autoritate melchiadis pape ſo
luta erat a ieiunio.ita et ab officio Unde bea
tus gregoriꝰ nullū in quinta feria inſtituit
officiū. Nihilominꝰ tn̄ hore et matutine ac
veſpertine officiū cantabantur. Unde neceſ/
ſariū erat vt ſup benedictus et magnificat.
antiphone de euangelijs alioꝝ dierū ſum/
pte dicerentur. Sed gregorius.ij.inſtituit
ieiunium et officiū quinte ferie. ea tamen q̄
prius inſtituta erant de matutinis ⁊ veſper
tinis officijs non mutauit. Et inde eſt q̄ an
tiphone q̄ cantant᷑ ſup benedictus ⁊ magni
ficat.in q̄ntis ferijs nō conſonant euangeli
is illius diei. De hoc in quinta feria ꝑcedē/
tis hebdomade dictū eſt

De ſexta feria.

SExta feria agit de
opere ſexte diei. in qua fact⁹ eſt hō
⁊ hortatur nos eccl'a ad manſuetudinē ⁊ pa
tientiam. vt oēm iraꝫ de cordib⁹ nr̄is remo
ueam⁹. et hoc exēplo ioſeph et xp̄i Et ē ep̄la
Dixit ioſeph. geñ. xxxvij. c. de ioſeph q̄ m̄lta
paſſus eſt a fratrib⁹ ſuis. et tñ ſublimatus
eſt velint nolint. In euāgelio mat̄h. xxj. cap.
monemur ad predicta exemplo xp̄i. Homo
erat paṫfamilias. q̄ plantauit vineā. i. iudai
cū pplm̄ p doctrinā legis. Ad vltimū miſit
filiū ſuū ad cultores vinee quē interfecerūt.
ad quos prius miſerat ſeruos q̄s etiā inter
fecerunt. Per hoc aūt ſcꝫ p manſuetudineꝫ
⁊ patientiā ſatiabimur in futuro. Vñ intro
itus eſt. Ego auteꝫ cū iuſticia apparebo in
ↄſpectu tuo. ſatiabor cū apparuerit gl'ia tua
Ad tolerandas etiam pſecutiones propter
iuſticiam hortatur in graduali. Ad domi⁊
nū cum tribularer ⁊c. et in offertorio. Dn̄e
in auxilium. ⁊ in communione. Tu domīe
ſeruabis.

De ſabbato

SAbbatum eſt de
ↄuerſione vel confeſſione p q̄ hō
ceſſat ab ope ſeruili. ⁊ ſic ſabbati⁊
ſat ⁊ recipit bn̄dictionē a dn̄o. q̄ bn̄dixit diei
ſeptime. Ad hoc aūt inſtruimur p legē dn̄i
et grāꝫ ſpiritusſancti. Vnde introit⁹ eſt de
lege. Lex dn̄i. ⁊c. et eſt p̄mi toni. q2 conuerſio
ad deū eſt p̄ncipiū bone vite. Vñ ſequitur.
Conuertens aīas Sequiṫ Iuſticie dn̄i re⁊
cte letificantes corda. quia dant ſabbatum
ſpūale Et hec p̄ncipaliter habenṫ p gratiaꝫ.
quod oſtēditur p epiſtolam Dixit rebecca.
⁊c. geñ. xxvij. c. in qua habetur ꝙ rebecca mo
nuit iacob vt offerret patri ſuo yſaac duos
edos Per rebeccā gratia dei intelligiṫ. que
nos monet ⁊ inſpirat nobis offerre deo ab⁊
ominationē de peccato ⁊ ↄfeſſionē q̄ p edos
deſignanṫ. Edus eni animal fetidū eſt. ⁊ hꝫ
carnes ſapidas. Cū eni homini fetet pecca⁊
tū ſuum ↄfitetur illō. quod valde placet dō
et angelis eius. quia gaudiū eſt angel' dei ſu
per vno peccatore penitentiā agente Seq̄⁊
tur autē in epiſtola. de rore celi. id eſt de grā
celeſti. et d̄ pinguedine terre. i. abundātia tē⁊
poralium. ſit benedictio tua. ⁊ preponit de
rore celi quia boni ſpūalia p̄ponunt tēpali⁊
bus et poſtea ſequiṫ de pinguedine terre: q2
p̄mū querite regnū dei. ⁊ hec oīa adijciēt uī
vobis. Boni eni oīa habent. Vñ ap̄lus. tā⁊
q̄ꝫ nihil habentes ⁊ oīa poſſidentes Ma
li ſimiliter petunt benedictionem q̄ p eſau
deſignantur. Sed q2 ipſi preponūt tēpalia
ſpiritualibus. dicitur eis. de pinguedine ter
re ⁊ de rore celi erit benedictio tua. et ſi enim
habeant aliq̄ ſpiritualia. tñ preponunt eis
tp̄alia. Sequitur reſponſoriuꝫ Bonum eſt
confiteri domīo. ⁊c. quaſi diceret eccl'a. Ex q̊
p ↄuerſionē ⁊ confeſſionē peccati ⁊ reproba
tionē habetur benedictō. ⁊ temporalia ⁊ ſpi
ritualia. bonum eſt confiteri domino. Iteꝫ
habetur in euangelio luce. xv. homo quidā
habuit duos filios ⁊ petijt vnus dicēs Da
mihi portionē hereditatis que me contigit.
⁊ diuiſit illis ſubſtantiā ſuā. ⁊ poſt q̄ꝫ ille cō
ſumpſit omnia. poſtea fuit tanta fames in
terra ad quaꝫ venit. vt ↄpelleretur fame eſſe
porcarius. i. ſubulcus. ⁊ dixit reuerſus ad ſe
quanti mercenarij. ⁊c. Quando eni homo
oīa bona ſua amiſit p peccatum. non habꝫ
quid comedat. et pmittit ita de⁹ ipſū cadere
vt arguat eū malicia ſua. vt legiṫ hiere. ij. cir
ca mediū. ⁊ moriatur fame. et dicat. q̊t ſunt
ſcꝫ in eccl'a qui habent iocunditatem mētis
et ego fame pereo. Reuertar in domū p̄ris
mei. Vñ in exo. ix. habeṫ. ꝙ egiptij ↄpellebāt
filios iſrael exire de egipto. Tunc recipiṫ et
daṫ ei prima ſtola. i. grā. et ita in euāgelio ha
betur de ↄuerſione Rurſus tā in euāgelio
vbi agitur de duob⁹ filijs q̄ꝫ in ep̄la. vbi agi
tur de iacob et eſau. duoꝝ pploꝝ iudaici vi
delicet ⁊ gentilis ſignificatio ↄtineṫ. iudaicus
grām ſpūalem amittit. gentilis vero ↄuer⁊
ſus ad penitentiam de lege dn̄i in introitu
gloriaṫ et cantat. In graduali vero dn̄o cō
fitetur ⁊ laudat. In offertorio oculos ſuos
petit illuminari ne dormiat vt inimic⁹ non
preualeat et. Et attende ꝙ rationabiliter in
ſecunda q̄dragеſime hebdomada legiṫ euā

geliū de filio ꝓdigo reuertēte ad prēm. quia
gentilis ꝑplus ꝑ doctrinā legis ⁊ euangelij
ad creatoris cultū reuertit̄ ⁊ quis penitens
ꝑ fidem et opatiouē. vel ꝑ duo p̄cepta carita
tis dn̄o reconciliatur. Communio eſt. optet
te gaudere luce. xv.

## De dominica tertia quadrageſime

Tertia dominica
eſt ꝯfeſſionis. ⁊ quarta refectio-
nis. Sicut enī ſupradictū ē. do-
min⁹ in prima dn̄ica q̄dragelime armauit
militē ſuū. in ſecūda oſtendit ei p̄miū. amo-
do ergo nō reſtat niſi vt oſtendat̄ via. qꝛ per
confeſſiouē ⁊ refectionē illuc venit̄. Eſt ergo
dn̄ica iſta ꝯfeſſiōis. Eſt autē duplex ꝯfeſſio
ſcȝ peccati et laudis. q̄s habere debet homo
Per humilitatē enim ꝯfeſſionis expectat
homo a deo omnia que expectat. ſcȝ liberati
onem ⁊ donum gratie ⁊ oīa alia bona Vn̄
introitus eſt Oculi mei ſemper ad dominū̄
⁊c. ⁊ ē ſeptimi toni. quia ꝑ ſeptiformem gra
tiam ſpiritusſancti euellitur homo de lacu
dyaboli. Per ꝯfeſſionem enī euitant̄ mala.
Et ideo fit ſtatio ad ſanctū laurentiū qui ꝑ
confeſſionem liberatus eſt. Hec humilitas
liberauit ioſeph de manibus fratrū ſuorū
⁊ de carcere. et ideo cātatur de ipſo in officiō
nocturnali. Adhuc dn̄ica iſta ſexta eſt a
dn̄ica ſeptuageſime ⁊ ſexta feria dn̄s crucifi
xus eſt. et ideo fit mentio de paſſione. que ꝑ
ioſeph ſignificatur. et ita etiam ipſi dici co-
petūt que dicunt̄. Nam chriſtus ꝑ humili-
tatem liberatus eſt ab inſidijs fratrum ſuoꝝ.
id eſt iudeoꝝ. et exaltat⁹ eſt in toto egypto.
id eſt in mundo. et ita que literaliter acta ſē.
circa ioſeph. ſpūaliter ſunt facta erga xp̄m.
Et nocturnū officiū ꝫ ordinē comitat̄ hiſto-
rie. Cū enī in precedenti dn̄ica cantatū fue-
rit de iacob iā hac ſuccinit de ioſeph qui vē-
ditus a fratrib⁹ illos in fame ditauit. ⁊ xp̄s
a iudeis crucifixus ſua morte humanū ge-
nus redemit. ⁊ redimendo a demonio libe-
rauit. ꝑut in euangelio legit̄ hodierno. Ce-
terū qualis debeat eſſe ꝯfeſſio oſtendit ap̄ls
in ep̄lā Fratres imitatores ⁊c. ad ephe. v. ca.
Primo enī eſſe debet in humilitate. ſcilicet
vt humiliemus nos deo. ⁊ ita in nouitate vi
te ambulem⁹. Secundo in ꝑſeuerantia. ſcȝ
vt homo nō redeat ad vomitū. et vt īſania
peccati remoueat̄. Vn̄ dicit. Fornicatio at̄
⁊ immundicia non nominetur in vobis ⁊c. H
fit ꝑ perſeuerantiā in bona vita Ad hoc idē
hortamur in euangelio in fine. in quo oſtē
ditur q̄ gratia expellit peccatū. Erat inquit
ieſus eijciens demoniū ⁊c. luce. xj. ⁊ math. xij.
Jeſus id eſt gratia. Jſte idem demoniacus
cecus dicit̄ a matheo ⁊ beda. Cecus inquit
beda videt. mut⁹ loquitur. poſſeſſ⁹ a demo
nio liberatur Et cū eieciſſet demoniū locu-
tus eſt mutus. qꝛ qn̄ data eſt homini gratia
ꝯfitetur ⁊ loquitur ī ꝯfeſſione Poſtmodū
oſtendit domin⁹ ſtabilitatem regni ſui per
īdiuiduā caritatem. ⁊ inſtabilitatem regni
dyaboli. Omne inquit regnū in ſeipſū diui
ſū deſolabitur Et ſic regnū diaboli et ſuorū
qui diuiſi ſūt a deo deſtruet̄. Sed regnū dei
manet in eternū. Et ita inuitat omnes ho-
mines ad regnū ſuum quod manet. Pro-
pter hoc debet homo ꝑſeueranter agere ope
ra confeſſionis qꝛ ꝑ ea habebitur regnū ce-
lorū Et ideo reſponſorium eſt. Exurge do-
mine nō preualeat homo. i. dyabolus q̄ no
bis intendit auferre regnū celorū. Hoc igit̄
intendit eccleſia vt ſimus ꝑfecti in ꝯfeſſione
⁊ ſimiliter ꝑfecte moriamur peccatis. vt per
bonam vitā etiaȝ infamia peccati deleatur
ſicut dicit dn̄s ꝑ hiere. Perdam babilonis
nomen Hoc dicit. quia gratia expellit pec-
catū ⁊ infamiaȝ. Sequitur. Et reliquias et
germen babilonis ciuitatis. i. memoriā dele
ctabilē. vt ſcȝ homo doleat qn̄ ad memoriaȝ
reducet Rurſus. qꝛ ſicut in euangelio di-
ſurdus audiuit. et mutus v̄ba dei narrauit
ideo dicit in introitu. Oculi mei ſemp ad
dn̄m. ⁊ ne iterū deficiat miſericordiā implo
rat ſubdens. reſpice in me. et in graduali. ex-
urge dn̄e. deinde vox quondā muti fecūda
facundia. cui⁹ os apuit ſapiā p̄ces ſuas ige
minat. ⁊ decenti ſilitudine in nactu perorat
dicens Ad te dn̄e. Jn offerenda iaȝ loquēs
ꝑdicat iuſticias dn̄i rectas. eo q̄ a ſe humili
ato demoniū exierat. Sed ad iudaicū ꝑplm
ſupbientē ſpūs immundus redierat. Jn com

munione de muto fact⁹ orator gratulať q̄ ſicut paſſer inuenit ſibi domū̄ et turť nidum.

De ſecunda feria.

In dominica precedenti dictū eſt. q̄ dn̄s ſaluat p confeſſionē. in hac vō ſcd̄a feria oſtēdiť q̄ ſaluat etiā̄ p baptiſmū̄. Sed q2 baptiſmus dať p trinitatē. ideo de trinitate eſt introitus. In deo laudabo v̄bum. et ponitur ibi ter h nomē deus. et eſt de tertio tono. q̄d totum cōiungit. pp̄ter hoc q̄ loquuntur d̄ trinitate. Ep̄la vō. Naaman p̄nceps ⁊c. q̄ eſt. iiij. reg. v. c. eſt de naaman quē miſit rex ſirie domin⁹ ſu⁹ ad heliſeū̄ vt ſanaret eum. ⁊ p̄cepit ei vt in iordane ſe lauaret ſepties. et fieret ei⁹ caro ſicut caro pueri. et ita factū̄ eſt. Iordanis interpretatur deſcenſus humilitatis in q̄ eccl̄a mundari petit. et hoc facit ad p̄ceptū̄ dn̄i querens p hūilitatē ſalutē in aqua que eſt inferior creatura. Poſtmodū̄ ſequiť rn̄ſorū̄. Deus laudē meā̄ ne tacueris. in quo eccl̄a hū̄iliat ſe p confeſſionē. et ē tertij toni. ⁊ de p̄dicta In euangelio vō. Dixerūt phariſei ad ieſum luce. iiij. ca. oñdit dn̄s q̄ nō ſūt miſſi p̄phete. niſi ad humules. ſicut heliſe⁹ ad naaman. et helyas ad viduā̄ et oſtendit ſupbiam iudeorū̄. poſtea dicit. ieſus aūt tranſiēs p mediū̄ illorū̄ ibat. ad ſignificandū̄ q̄ hūilis q̄dquid ſibi fiat viā̄ ſuā̄ nō derelinquit

De tertia feria.

Tertia feria eſt de oratiōne ⁊ miſcd̄ia. p que etiā̄ ſaluat dn̄s Vn̄ introit⁹ eſt Dū̄ clamarem ad dn̄m Ep̄la vō. mulier q̄uedā̄ ⁊c. ē de iiij. libro regū̄. iiij. ca. de vidua cui⁹ filios creditor in ſuitutē redigere cōtendebat. ⁊ ei⁹ vaſa oleo repleuit heliſeus dicēs ei. q̄ de parte olei redderet debitū̄ q̄d debebat. ⁊ de reliquo ipſa et filij ſui viueret. Vidua eſt eccl̄a. cui⁹ ſponſus xp̄s nō eſt p̄ſens corporaliter ſiue viſibiliter. que venit ad xp̄m Creditores ſūt demones. Vn̄ dyabolus exactor d̄r. q2 pecuniā̄ ſuā̄. i. immundiciā̄ a nobis exigit cum vſuris Vn̄ eſaie. xiiij. ca. Quō̄ ceſſauit exactor. quieuit tributum. Sed chriſtus p opa miſericordie liberauit nos ab hmōi creditore. Et petitur hmōi liberatio in reſponſorio Ab occultis meis munda me dn̄e Euāgelium vō q̄d eſt math. xviij. ca. eſt de miſcd̄ia ſcz. ſi peccauerit in te frater tu⁹ corripe eum ſi ignorat doce. ſi penitet dimitte. nō dico ſepties. ſed ſeptuagies ſepties. id eſt quotiens peccauerit dimitte. Rurſus vidua p filijs ad heliseū̄ orans dicit ĭ introitu Ego clamaui. ⁊ in graduali. ab occultis demū̄ p̄ecib⁹ exaudita. gratias agit in offerenda. dextera dn̄i. Et docet in cōmunione domine q̄s. ⁊c. quales ſe debeāt exhibere. qui volūt oleū̄ miſericordie. ſcilicet qui volunt requieſcere ĭ monte. ingrediantur ſine macula ⁊ opeŕ iuſticiam.

De quarta feria

In quarta feria agitur de impletione mādatorū̄. p quam dn̄s etiā̄ ſaluat. Sed quia p gratiam eſt impletio mandatorū̄. ideo eſt introit⁹. Ego āt in domino ſperabo. et eſt p̄mi toni. ad oſtendendum q̄ ſpem debem⁹ ponere in ſolo d̄o. Epiſtola vero Honora patrē ⁊c. eſt de exo. xx. ca. in qua ſunt inſtituta vel diſtincta precepta domini. honora patrē et matrem. ⁊c. In reſponſorio vō petiť gratia. in quo oſtēdit homo infirmitatē ſuā̄ dicēs. Miſerere mei deus. quoniā̄ infirmus ſum. quaſi diceret. nō poſſū̄ p me adīplere mandata In euāgelio. Acceſſerūt ad ieſū̄. ⁊c. math. xv. c. redarguit dn̄s iactantiā̄ iudeorū̄. q̄ magis innitebanť traditionib⁹ hoīm q̄3 dei. ⁊ rep̄hēdebant diſcipulos dn̄i de traditionib⁹ ſeniorū̄. Quib⁹ dn̄s dixit. Ypocrite ⁊c. Non lotis manib⁹ mā̄ducare. nō coinq̄nat hoīem. Et oñdit p q̄ ſaluamur ⁊ iuſtificamur In hac q̄rta feria fit p̄mū̄ ſcrutiniū̄ pueri. p̄xia q̄rta feria diceť.

De quinta feria

In quinta feria oſtendit eccl̄a nō eſſe ſalutē niſi a dn̄o ⁊ maxime p v̄tutes. Vn̄ introitus eſt. Salus populi ego ſum ⁊c. et

ē quarti toni ꝓpter quattuoꝛ cardinales virtutes. Ep̄la vero. Factū ē vbū. ꝛc. eſt de hiere. vij. c. vbi dr̄. Bonas facite vias vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a. et h̄ ꝓpter bona opa virtutū. Et reprehendunt iudei q̄ui credebāt ſe nō poſſe dānari. q̄ꝛ habebant dn̄i templū. et oēs alios dānatos eſſe dicebant. Vn̄ ſequit̄ reſponſoriū Oculi omniū. oñdens q̄ in ſolo deo ſperādū eſt. Euangeliū vero Surgens ieſus. luce. iiij. ca. ē de ſanatione ſocrus petri. p q̄d oſtendit̄ q̄ in ſolo deo ſpandū eſt. q̄ꝛ ab ipſo et p ipſū ſalus mentis ⁊ corpis eſt. In alijs vero eccliijs legit̄ euangeliū ſequētis dn̄ice Abijt ieſus ꝛc. ⁊ aliū icipit Opamini. In q̄ iproperat dn̄s turbe q̄ magis curabant de ſalute corpis q̄ȝ mentis q̄n quā voluerunt eū facere regē poſt miraculū factū de ſaturatione q̄n q̄ȝ miliū hominū de duob9 piſcib9 ⁊ quinq̄ȝ panib9. et hortat̄ eos dicēs. Opamini nō cibū q̄ perit. ſed qui pmanet in vitā eternam. Cui ꝯgrue pmittit̄ premiſſa lectio hiere. vbi dn̄s pmittit ſe habitatuꝝ cū eis. et ſic q̄ſi regē futuꝝ eoꝝ q̄ talē cibū fuerint opati. vt calūniaȝ nō faciāt. innocentē ſanguīneȝ nō effūdant ꝛc. Rurſus introit9. ſcȝ ſalus ppl̄i. vox eſt dn̄i ppl̄m ꝯſolantis. Graduale. offertorium ⁊ cōio voces ſūt ppl̄i de regis grā ꝯfidētis. In hac aūt q̄nta feria in q̄ agit̄ de ſalute fit ſtatio ad ſanctos coſmā ⁊ damianū. qui medici fuerūt et hoīes corpaliter ⁊ ſpūaliter ſanabāt. et ideo de ipſis fit mētio in collecta

### De ſexta feria.

In ſexta feria que eſt dies crucis oñdit̄ q̄ p crucē ē ſalus. Vn̄ introit9 eſt. Fac mecū ſignū in bonū. i. crucē. Maiorē caritatē nemo h̄ȝ. i. maius ſignū caritatis. q̄ȝ vt aīaȝ ſuā ponat q̄s p amicis ſuis. Ep̄la vero Conuenerūt ꝛc. que ē numeri. xx. c. eſt de moyſe q̄ bis pcuſſit petrā et fluxerūt aque vt biberēt hoīes ⁊ iumenta. Per binā pcuſſionē duo ligna crucis itellige. petra xp̄us eſt. ⁊ fluxerūt aq̄ doctrinaꝝ ⁊ gr̄aꝝ. vt poſſit bibere totū gen9 humanū. Reſponſoriū eſt. In deo ſpauit coꝛ meū. ⁊ adiut9 ſū. q̄ꝛ in ſola cruce pfecta ē hūani generis ſaluatio. In euāgelio vero. venit ieſus in ciuitatē ꝛc. ioh. iiij. c. oñdit dn̄s. q̄ nō ſolū p nobis crucē ſuſtinuit. ſed et m̄ltos alios labores. Vn̄ ſequit̄ ibi. Ieſus aūt fatigat9 ab itinere ꝛc. Et dicunt̄ ibi octo i quib9 iſtruxit dn̄s ſamaritanā. q̄ patent i euāgelio. ⁊ reſponſorium eſt octaui toni. Cōio eſt. qui biberit ioh. iiij. capitulo

### De ſabbato

In ſabbato uero oñdit̄ q̄ dn̄s ſaluat p iuſticiā et miſcdiam. Vn̄ ep̄la Erat vir. daniel. xiij. c. loquit̄ de ſuſanna q̄ ſaluata eſt p iuſticiā. Euangeliū eſt de muliere depr̄hēſa in adulterio quā dn̄s liberauit p miſcdiam. Ecce euangeliū et ep̄la ꝯcordāt. Quia ergo adultera in euāgelio ſaluata eſt p miſcdiaȝ. ideo vidēs eccl̄a infirmitatē filioꝝ ſuoꝝ petit ſe liberari p miſcdiaȝ in introitu dicēs. Verba mea aurib9 pcipe. ⁊ eſt q̄rti toni. ꝓpt q̄n q̄ȝ q̄ ponunt̄ in collecta q̄ eſt tal'. Preſta q̄ſum9 oīpotens de9 vt q̄ ſe affligēdo carnē ab alimentis abſtinēt. ſectādo iuſticiā a culpa ieiunēt. i. a delectatōe q̄nq̄ȝ ſenſuū ſic daniel ſuſāna ⁊ ioachim. Miſcdiaȝ dei nō ꝯſeq̄nt̄ q̄ ſic nō ieiunāt. Sequit̄ verſus introit9 ſemiplen9. ſ. rex me9 ⁊ de9 me9. Et ideo notandum eſt q̄ in itroitib9 aliq̄n duplex verſus ponit̄. aliq̄ñdo dimidi9. frequēti9 vn9. Duplex vt in itroitu defūctoꝝ Requiē. Verſ9. Te decet ꝛc. Et ali9. Exaudi oroem ꝛc. Q̄ꝛ oram9 p defūctis ꝓpt ſtolā corpis et aīe q̄s rogam9 eis dari. Dicit̄ etiā tc ſcdus verſus qui ſuccedit i locū illi9 verſus glā pr̄i. q̄ in officio defūctoꝝ tacet̄ p eo q̄ mortui trinitatē vlterius laudare nequeūt. ad cui9 laudem ptinet ipſe verſus. Sepi9 vero vn9 dr̄ q̄ꝛ ad vnū tātū ſcȝ ad deū vtere nos debem9. Dimidi9 aūt hic ponit̄. q̄ꝛ q̄ miſcdiaȝ dei ipetrat. ſuā ꝯuerſionē in opib9 ꝯfiteri. pſalm9 eni opus ſignificat. Poſt ep̄lam ſeq̄tur reſponſoriū Si ambulē ꝛc. quod ſic et reſpōdet. q̄ꝛ quēȝ dn̄s liberat nullus ei nocere pōt. igit̄ ſi ambulem in medio vmbre mortis nō timebo mala ꝛc. vmbra mortis eſt mors temporal'. quaſi diceret. etſi tranſeam p mortem temporalem. non eſt timendum ex quo de9 ad

tuuat. Et ſequit̄ v̾ſus Uirga tua ⁊ baculus tuꝰ ipa me ꝯſolata ſūt. q᷑ tribulationes dñi ꝯſolant̄ hominē bonū. Eſt aūt ꝑmi toni. q᷑ in ſolo deo ponēda eſt ſpes. In euangelio v̾o. ꝑrexit ieſus. ioh̄. viij. oſtendit ſe dominꝰ autorē miſericordie. cū dixit mulieri adulte-re. Uade ⁊ ampliꝰ noli peccare. Itē miſeri-cordia fuit cū dixit. Qui ſine pctō eſt veſtrū p̄mus mittat in eā lapidē In offertorio pe tit filiꝰ ꝑ miſericordiā liberari cū dicit. Greſ-ſus meos dirige. ⁊ ptinet ad octauā reſurre ctionis. poſtcōmunio v̾o ad beatitudinem que eſt. nemo te. ioh̄. viij. c. Illud aūt notā-dū eſt. q̄ in huiꝰ ſabbati ꝯpletorio antipho na Media vita cantat̄. eo q̄ nūc mediana q̄drageſime icipiat hebdomada Qui v̾o eā in p̄cedenti ſexta feria cantāt. numerū dierū ieiunijs afflictoꝝ attendūt. Hanc ita q᷒ ſub breuiloquio duximꝰ exponendā. Media vita xp̄s eſt Ipſe enī mediator eſt dei ⁊ ho-minū. Ipſe eſt via veritas ⁊ vita. Ipe q̄dē ſanctus. ipſe deꝰ. ipſe fortis. ipſe miſericors ⁊ ſaluator Ad xp̄um ergo ſermo dirigitur. O media vita. i. o xp̄e. Uel media vita ſctā trinitas eſt. que ē in ſe vita et nobis vita me-dia. i. ſufficiēs ⁊ ꝯmunis ad quā ſermo diri gitur O media vita. i. o ſancta trinitas. Ideo q᷒ ſ᷒ diſtinguit̄ ſancte deꝰ. ſctē fortis. ſctē et miſericors. i. pater et filiꝰ ⁊ ſctē ſpiritꝰ. a q̄ et ꝑ quē ⁊ in q̄ ſaluamur Et ideo ſaluator etiā trinitas appellat̄. Ad quēcunq᷒ tū ſmonē dirigimꝰ adiutoriū querimꝰ. q᷑ in morte ſumꝰ in miſerijs p̄ntis vite. petimuſq᷒ ne tradat nos amaritudinibꝰ mortis eterne. Uel ſup. o dñe nos exn̄tes in vita media ſumus in morte. Prima fuit vita iuſticie ⁊ innocē tie. in qua creatꝰ eſt homo Scđa ē vita pec cati ⁊ miſerie. in q̄ lapſus eſt hō Tertia erit vita īmortalitatis ⁊ glē. ad quā reparabit̄ hō. Nos igit̄ dū ſumꝰ in media vita ſumus ī morte. q᷑ vita peccati media. mors eſt vite iuſticie. ⁊ ideo q̄rimꝰ adiutorē Alie eccleſie dicūt. medio vite. q᷑ enī nūc eſt mediū q̄dra geſime q̄ vitā p̄ntē q̄ ſine peccatis nō ducit̄ repſentat. merito dr̄ antiphona ipſa in mor te. i. in pctīs q̄ ducunt ad mortē Et q᷑ in ep̄la fit mentio de ſuſanna. ideo propter equiuo cationem vocabuli fit hodie ſtatio apud ſā ctam ſuſannam.

## De dominica quarta quadrageſime

[S]Equitur quarta dñica in q̄ agit̄ de ſupna hierlm. Et q᷑ in terrā illam venit̄ eo duce q̄ filij iſrael venerūt in terram ꝓmiſſionis. ꝑut ſub ſeptuageſima dictū eſt. ideo nunc legitur exodus. vbi dicit dominꝰ. Uidens vidi afflictōnē populi mei qui eſt in egipto ⁊ deſcendi vt liberarem eos de manu pha-raonis. Sicut aūt dominꝰ liberauit p̄plm ꝑ plagas miſſas contra pharaonem. ſimi-liter ⁊ per plagas liberat de manu dyaboli qui nō vult dimittere nos niſi in manu for ti. ſicut ibi habet̄. Prima plaga eſt ꝯuerſio aquaꝝ in ſanguinē. ꝑ quā peccatū infideli-tatis ſignificat̄. ꝑ alias plagas ſignificatur q̄ homo ꝑ multas tribulatōes ⁊ penas q̄s habet dum moratur in peccato. cogit̄ redi-re ad dñm. ſicut de filio ꝓdigo legit̄. Legit̄ ergo exodus. quia ꝑ fidē eſt exitus a ſeruitu te dyaboli. et ꝑ baptiſmū qui ſignificat̄ per mare rubrū. ⁊ ꝑ impletionē mandatorum. Qū vero homo talis eſt. facit ſe ipſū taber-naculū dño. qui v̾o nō faciet ei hic taberna-culum. nec ipſe faciet ſibi in futuro Poſt exo dum ſequit̄ liber leuitici. q̄ eſt tertꝰ in pēta-teuco q̄ ptinet ad leuitas. qui debebant dño offerre ſacrificia. Un̄ liber eſt oblationum Ex quo enī homo implet mādata et facit ſe tabernaculū dño nō reſtat niſi oblationes deo offerre. Debet tn̄ ſal apponere in omni ſacrificio ſuo. quia cū diſcretione debꝫ om-nia facere. Quia ergo tales debēt eſſe mūdi ab omni peccato ⁊ offerre dño hoſtiā mun dam ſanctā ⁊ immaculatam. ideo ſequitur in leuitico de mundatōne lepre. Et dicit̄ ibi multotiēs. ſancti eſtote. quoniā ego ſanctꝰ ſum. Et quia h̄ fit in ſolēnitate cordis. et de-bent omnia fieri cū gaudio. iō poſtea i eodē libro agit̄ de ſolēnitatibꝰ Rurſum q᷑ nullꝰ ita ꝑfectus eſt q̄n peccet aliqū ſaltē veniali-ter. ideo ibi habet̄ de dubitatione moyſi ad aquas ꝯtradictōnis. q̄ nec ꝓpter h̄ dimiſit opus ſp̄uale facere. vt ad vocē ſuā fluerent

aque cũ dixit. Aſcẽdat pute⁹ .i. doctrina ſacra. Ceterũ ſicut mlier oſtẽdit ex vna pte pomũ filio ſuo et ex alia inimicũ vt veniat ad ſe. ſic x̄ps dñs. iuxta illud. Oſee .xi. c. In funiculis adam traha eos in vincul' charitatis Vñ in officio nocturnali oñdit inimicũ qui nõ vult dimittere p̄plin niſi in manu forti et in manu diuina ſcʒ p p̄dicatores Et iõ p̄mũ r̄nſoriũ eſt. Locut⁹ ẽ dñs ad moyſen. ⁊c. Siquidẽ moyſes ex aquis aſſũptus eſt x̄ps p quẽ liberamur ab hmõi inimico. vel q̃libet p̄dicator q̃ ex aquis ſcripture dʒ aſſumi Et eſt q̃rti toni. q2 q̃ttuor modis nos affligit dyabol⁹ .ſ. interficiẽdo mares .i. bona opa vel v̄tuoſos q̃s ſubmergit in flumĩe delicia₂ hui⁹ mũdi et cogit ſeruire in luto luxurie ⁊ latere auaricie. et palea inanis glie. Porro q2 p̄plus in illa ſeptuagenaria captiuitate fleuit ſup flumina babilonis. ⁊ ĩ fine cyro p̄mittẽte letabund⁹ exiuit. ⁊ gratulando hierlm introiuit. iõ cũ in p̄ma dñica p̄p̄lo captiuat⁹ fleuerit dicẽdo Circũdederunt me. Et in ſecũda orauerit dicẽs. Exurge. In tertia q̃ʒ orauerit dicẽs Eſto mihi In q̃rto cõſolatõnẽ accepit dicẽte dño. Inuocauit me ⁊ ego exaudiã eũ In q̃nta etiã rurſus orõi inſtiterit dicẽs Reminiſcere In ſexta v̄o dario licẽtiã tribuente ↄſolationẽ de reuerſione pcepit. idoq̃ʒ dixit. Oculi mei In hac ſeptĩa tanq̃ʒ in fine ſeptuageſime ingrediẽs hierl'm gratulabund⁹ exultat dicẽs Letare hierlm. De hoc etiã dictũ eſt ſub p̄ria dñica Septenariũ q̃ʒ p̄ntis vite que ſeptẽ dieruʒ curriculo voluit. vel poti⁹ ſeptẽ etatib⁹ q̃b⁹ mund⁹ ipſe diſtinguit. ſicut p dies .lxx. ſic p ſeptẽ dñicas. ſancta rep̄ntat eccl'a Prĩa etas eſt ab adã vſq̃ʒ ad noe. Secũda v̄o a noe vſq̃ʒ ad abraã. v̄lt̄m q̃ ſdã ad moyſen. Tertia a moyſe vſq̃ʒ ad dauid. Quarta a dauid vſq̃ʒ ad trãſmigrationẽ babilonis Quinta a tranſmigratione babilonis vſq̃ʒ ad aduẽtũ dñi. Sexta ab aduẽtu dñi vſq̃ʒ ad finẽ ſeculi Septĩa ſilr̄ vſq̃ʒ ad eundẽ finẽ. ſil' enĩ ↄcurrũt ſed illa in vigilãtib⁹ ⁊ laborãtib⁹. iſta in dormientib⁹ ⁊ q̃eſcentib⁹. ubi requieſcũt electo₂ aĩe ĩter vbera lactãtis matris ſue ſupne hierl'm In p̄ma dñica veluti ĩ infãtia mũdi hõ a felici delectatõne deiect⁹ clamat. Circũdederũt me. In ſecũda velut in puericia mũdi ↄcipiens hõ ſpem ſue recõciliationis voce noe q̃i p̄centoris iplorat acceptilatõeʒ recõciliatõis dicẽs. Exurge q̃re obdormis dñe. In tertia velut in mũdi adoleſcẽtia cõcipiens hõ ſuã liberationẽ de egyptiaca ſeruitute ſue p̄tectõis ⁊ liberatõis acceleratõeʒ voce moyſi orat dicẽs. Eſto mihi in deũ p̄tectorẽ. Quarta deſignat iuuẽtuteʒ eccl'e in q̃ reguʒ dyademate coronat'. ⁊ ſapia p̄pha₂rũ ornat'. Unde illud officium voce dauid quaſi p̄centoris in cantib⁹ celebrat' Quita ſenectutẽ eccl'e. in q̃ calor natural' incipit deficere. Iſtã p̄p̄lo in babilone captiuato eccl'ia captiua nec altare habuit nec templũ. imo organa ſua ſuſpẽdit. ideoq̃ʒ q̃nta dñica vacat officio. Sexta ſeniũ eccl'ie ſcʒ fines ſeculorum. cum filius dei venit in mundum. ⁊ de diaboli põteſtate liberauit genus humanũ ne igitur ſit immemor accepti b̄nficij ⁊ ingr̄tũm gratulat' ⁊ ait. Oculi mei ſp ad dominum. Hec aũt ſeptima ⁊ vltima ſignificat ſabbatũ mũdi in q̃ ſancto₂ aĩe requieſcunt illic hierl'm que ſurſum eſt. q̃ libera eſt. que mater noſtra eſt. letat'. Vñ d' dñica leticie. ẽ enim ſeptima a ſeptuageſima. ⁊ p ſeptenarium ſignificat' ſeptima etas eo₂ qui ſunt in requie. Rep̄ntat enĩ hec dñica libertatẽ conceſſam filijs iſrael redeũdi a babilone anno ſexageſimo quã habuerũt plenariã in ãno ſeptuageſimo Vñ totũ hui⁹ diei officiũ de leticia eſt. ad rep̄ntandũ illo₂ leticiã. et etiaʒ noſtrã. quoniã finitis ſex etatib⁹ enim⁹ in ſeptima a mũdi exilio liberati. cũ celeſtẽ paradiſum que eſt patria noſtra intrabimus Cantat' ergo introit⁹ Letare hierlm. ad oñdendũ q̃ ſicut illi cũ ingenti leticia a babilone venerũt in hierlm. ita ⁊ nos ab h̄ mũdo letãtes in celeſtẽ hierlm veniem⁹. Babilon enĩ interp̄etat' ↄfuſio. vñ ſigficat munduʒ vel infernũ. q2 in hoc mũdo eſt confuſio vicio₂. et ĩ inferno ↄfuſio tormẽto₂. Dicit' etiã hec dñica refectõis. quia in ea dñs refecit et ſatiauit q̃nq̃ʒ milia hominũ. vel q2 in ea oñditur celeſtis hierlm ex qua oĩs refectio eſt Quia ergo eccleſia letat' p hac refectõne. iõ

cantat. Letare hieruſalē. ⁊ eccl'a. tibi enī etiā
requies pmittit. In nocturnali etiā officio
cantatꝰ rn̄ſoriū. Audi iſrael pcepta dn̄i. ⁊ ea
in corde tuo q̄ſi in libro ſcribe. et dabo tibi ter
ram fluētē mel et lac. Poſtea ſequit in itroi
tu ab vberibꝰ ꝯſolatōnis eiꝰ. Hec vbera ſūt
duo teſtamēta. de q̄bꝰ ſumunt pmiſſiones
dulces in quibꝰ ē ꝯſolatio nr̄a. Et ſunt in ea
tria v̄ba leticie ſcʒ letare. gaudete. ⁊ exultate.
rō q̄re poſita ſūt dicta eſt ſub capitulo de ſe
ptuageſiā in pncipio. Et ſumit iſte introitꝰ
de eſa. vlti. c. ſed de antiq̄ trāſlatōe. q2 in eſa.
ſic nō iacēt v̄ba hec. v̄ſus v̄o de pſalmo qui
loquit de hierl'm ſupna ſcʒ. letatꝰ ſū. ⁊ ē q̄nti
toni. ppt q̄nqʒ nulla hominū q̄s reficit vel
io q2 illi q̄ cohibēt et refrenāt ⁊ bn̄ ordinant
q̄nqʒ ſenſus corpis illi habebūt huiuſmodi
refectionē ⁊ ꝯſolationē de q̄ ī introitu hētur
et q̄ petit in collecta. Cōcede queſumꝰ om
nipotēs deꝰ. vt q̄ ex merito nr̄e actōis affli
gimur. tue grē ꝯſolatione reſpiremꝰ. Scri
pſerūt tn̄ q̄dā q2 q2 liberiꝰ papa q̄ tn̄ in cro
nica nō inuenit. celebrauit tali die rome in
dicta eccl'ia q̄ vocat hierl'm. iō cantat. Leta
re hierl'm. Et nota q2 in q̄buſdaʒ eccl'ijs hac
die. et in feſto annūciatōis dn̄i due collecte
dicunt. vt q̄ſi duplex feſtū exoluere videātur.
qd̄ nō fit in alijs pcipuis feſtiuitatibꝰ. vt na
tiuitatis dn̄i ⁊ ſimilibꝰ. q2 ille p octauas p
ducunt. nec vniꝰ diei dūtaxat obſuantia ſi
cut iſta coāguſtant. Sequit ep'la. Scriptū
eſt enī q̄m ̄ abraā duos filios habuit ⁊c. ad
Gal. iiij. c. Ubi ſeq̄tur. Que ſurſū ē hierl'm
libera ē. q̄ eſt mat nr̄a. Hoc aūt dicit. vt nō
timore ſuili ſeruiamꝰ dn̄o ſed amore. Rn̄
ſoriū eſt de eodē. Letatꝰ ſuʒ ⁊c. et eſt ſeptimi
toni. ppter ſeptimā etatē in q̄ erimꝰ in q̄ete.
Sʒ q̄a adhuc ſumꝰ ī labore. iō ſeq̄tur tractꝰ
ſed ſuauiſſimꝰ. Qui ꝯfidūt in dn̄o ⁊c. ī quo
oſtēditur q2 q̄ in domino ſolo ſperāt habebūt
illā refectōnē. Seq̄tur euāgeliū. Abijt ieſus
trās mare galilee ⁊c. Johānis. vj. ca. Qui
qʒ āt panes q̄bꝰ dominꝰ reficit nos. put ibi
legit. ſūt q̄nqʒ libri moyſi. duo v̄o piſces ſūt
pſalmi et pphetia. vl' libri ioſue et iudicū. q2
de ill' ſeptē libris ſumūtur orōes ī hac domi
ca. et ita reficit oēs. Offertoriū ē laudate. et ē

Offertorium

ſecūdi toni. ad oſtēdēdū q2 deū laudare de
mꝰ et p corpali refectione et p ſpūali. Poſt
cōmunio v̄o eſt. Hierl'm q̄ edificatur vt ci
uitas ⁊c. Et loq̄tur de illa hierl'm que libera
eſt. et eſt quarti toni. ppter quattuor que ibi
dicuntur. Primū eſt q2 omnia ſunt ibi cō
munia. ibi enī deus eſt oīa in omnibꝰ. Se
cundū eſt q2 eternaliter pticipantur ea q̄ ibi
ſunt. Unde dic. Cuius pticipatio eius ī id
ipſum. Tertiū eſt q2 nullus de filijs diaboli
poteſt ibi aſcendere. Unde dicit. Illuc eniʒ
aſcēderunt tribꝰ tribꝰ domini. Quartū q2
ibi eſt continua laus dei. Unde ſeq̄tur. Ad
ꝯfitendū nomini tuo domīe. Et inde ē illud
Beati q̄ habitāt in domo tua domīe ī ſecl'a
ſeculoꝝ laudabunt te. In hac dominica
romanus pontifex celebraturus ad eccleſi
am pgens. et rediens ab eadē. aureā in ma
nu ſub aſpectu populi fert roſam. Circa qd̄
duplex inſurgit rō. vna ſm l'rām. altera ſm
ſpūm. Sane ſm l'rām. ne fidelis pplus pro
pter quadrageſimalis obſeruantie aſperi
tatem ſub cōtinuo labore deficiat. quia qd̄
caret alterna reque durabile nō eſt. ideo in
hac mediana domica q̄drageſime quoddā
recreatōis ſolatiū interponitur. vt anxietas
tempata leuiꝰ ſufferatur. iuxta illd̄. Intepo
ne tuis interdū gaudia curis. Hodiernum
nanqʒ officiū totū leticia plenū eſt. et in om
ni v̄borū clauſula iocūditas exuberat. gau
diū reſonat. hilaritas īculcatur. Tria itaqʒ
repſentat dies iſta. ſ. charitatē poſt odium.
Unde dr̄. Letare hierl'm. et conuentū facite
omnes qui diligitis eā. Gaudiū poſt triſti
ciam. Unde. Gaudete ī leticia. q̄ in triſticia
fuiſtis. Et ſatietatē poſt famē. Und̄ vt ſatie
mini ab vberibꝰ ꝯſolatōis veſtre. Que tria
pariter deſignatur in tribꝰ pprietatibꝰ hu
ius floris. charitas in colore. iocunditas in
odore. et ſatietas in ſapore. Roſa quippe p
ceteris floribus colore delectat. odore recre
at. et ſapore cōfortat. Delectat in viſu. recre
at in olfactu. et cōfortat in guſtu. Nēpe ro
ſa in manu romani pontificis. gaudiū iſra
elitici populi deſignat. quādo p grāʒ xp̄i da
ta eſt illi de babilonica captiuitate licentia
redeūdi. Deinde illā donat nobiliori et po

roſa aurea

tentiori q̄ tūc in curia repit̄.i quo nobilitas
et excellētia illiꝰ peculiaris ꝑplī dn̄i deſignat̄
Demū ille cū multo eq̄tatu ⁊ leticia ingenti
ciuitatē cū roſa circuīt.figurans gaudium
illiꝰ ꝑplī ī ciuitatē hierl̄m reuerſi.atq̄ʒ ꝯmuneʒ
totiꝰ fidelis ꝑplī ⁊ eccl̄e leticiā de ꝑmiſſ. Spi
ritualr̄ aūt flos iſte florē illū ſignificat.q̄ de ſe
dicit in canticis Ego flos campi ⁊ liliū cō/
ualliū Et de quo ꝑpħa Egredietur ꝟga de ra
dice ieſſe.⁊ fl.de ra.e.a. Qui eſt vere flos flo
rū.i.ſanctꝰ ſanctoꝝ.qꝛ ꝑ ceteris floribꝰ.i.ſan
ctis colore dlectat in viſu Nā ſpecioſus for
ma p̄ filiis hominū.in quē deſiderāt angeli
ꝑſpicere.Qui odore recreat in olfactu.qꝛ ſi
cut legit̄ in canticis i.ca.Meliora ſūt vbera
tua vino frāgātia vnguētis optimis Qui
ſapore cōfortat in guſtu.qꝛ panis quē ipſe
dat.caro ſua eſt.ꝓ mūdi vita.oē delectamē/
tū hn̄s.⁊ oīs ſaporis ſuauitatē.Hic eſt eniʒ
qui de quinq̄ʒ panibꝰ ⁊ duobꝰ piſcibꝰ quin/
q̄ʒ milia hoīm ſaturauit.Triplex aūt eſt in
hoc flore materia aurū videlicet muſcus et
balſamuʒ.qꝛ triplex eſt in xp̄o ſubā.deitas.
corpus.⁊ aīa.Sed balſamo mediāte muſcꝰ
auro ꝯiungit̄.qꝛ aīa mediāte corpꝰ ꝯiūgit̄
deitati.Diuina eni natura tante ſubtilitatis
eſt vt corpi de limo terre formato nō ꝯgrue
ret vniri niſi rationali ſpū mediāte.Ruꝛſꝰ
flos ipē aureꝰ eſt.qꝛ rex regū ⁊ dn̄s dominā
tiū.cuiꝰ rubor apparuit in inſigniis paſſio/
nis.⁊ odor in gloria reſurrectionis Huius
floris baiulꝰ eſt vicariꝰ ſaluatoris romanꝰ
viʒ pontifex ſucceſſor vtiq̄ʒ petri ⁊ vicariꝰ
ieſu xp̄i.q̄ hūc florē fidelibꝰ ꝑplis demōſtrat
Non eni oī tpē ſed in hac dn̄ica tantuʒ que
ſeptima eſt ab illa q̄ ſeptuageſima nūcupat̄
qꝛ xp̄us nō in qualibet hora.ſed in ſeptima
tantū etate videt̄ ab illis q̄ beata requie ꝯſo/
lant̄.Rurſus in vrbe oſtēdit̄ ⁊ nō alibi q̄m
apud baſilicā que ſancte crucis in hieruſa/
lē appellat̄.q̄ ſupne hierl̄m typū obtinet ⁊ ſpe
ciem repn̄tat.de qua dē i epl̄a hodierna Illa
que ſurſū eſt hieruſalē libera ē.que ē mater
nrā.in qua xp̄m angeli ſancti et beate aīe cō
templantur.ad quam merito dicit̄.Letare
hierlm.⁊ conuentuʒ facite oēs q̄ diligitis
eam.q.d.vos catholici ⁊ nō heretici.Differt
aūt hodierna ſtatio ab illa q̄ fit ibidē in ſecū
da dn̄ica aduentꝰ.qꝛ illa future beatitudis
eſt annūciatio.hec q̄ ꝑn̄tis ꝯtemplatio.vn̄
et feſtiuius agit̄ qꝛ ſpei noſtre feſtiuitas eſt.
Hac etiā die chriſtianꝰ coronat̄ impator.vt
ſemꝑ coronā ſupne hierl̄m meditet̄.Dauid
ter in regeʒ vnctus eſt.vt dicet̄ ſub dn̄ica pꝰ
aſcenſionē.Hec ergo dn̄ica ꝑuilegiata eſt.
quia repn̄tat licentiā redeūdi de ſuitute ad
libertatē ꝑplō iſraelitico ꝯceſſam.et leticiam
ex hoc habitam.

## De ſecunda feria

**Secunda feria eſt** de iudicio Vn̄ in epl̄a.Venerit
due ꝯc.iii.Reg.iii.c.agit̄ de iudi
cio ſalomonis duabus mulieribus de pue
ro contendentibus.Mulier vna que dixit
ꝯ diuidat̄ puer.eſt ſynagoga q̄ diuidere co
nata eſt puerū ieſū.Alia mulier q̄ dixit dē
ei infans viuꝰ eſt eccl̄ia.Vn̄ in reſponſorio
petit hec mulier puerū Eſto mihi in deum
ꝓtectorē.i.petit ſibi dari xp̄m.Euangeliū ꝓ/
pe erat.ioh.ij.ca.ſili eſt de eiectione venden/
tium.⁊ de iudicio ibi habet̄ ꝙ non credebat
ſe ieſus eis.qꝛ niſi ſūt eū interficere.Poſtea
ſequit̄ de paſſione ſua Soluite.i.ſoluetis tē
plū h̄ ⁊ ī triduo erat ab illō.ſciebat eni q̄d
facturi erant.Quia vō ex paſſione dn̄i eſt
omne gaudiū.ideo in offertorio cātat eccl̄a
Iubilate In introitu autē petit iudicari.ſʒ
prius petit miſericordiā.Deus in noīe tuo
ſaluū me fac.ſ.ꝑ miſericordiā.et in ꝟtute tua
iudica.et eſt quarti toni.qꝛ ibi habet̄.ab inſur
gētibus in me libera me.i.ab inimicis.q̄ q̄t/
tuor modis ſicut dictū eſt ſub dn̄ica.inſur/
gūt ꝯtra nos ⁊ iō ſicut dn̄ica fuit de miſeri/
cordia.ita ſecūda feria eſt de iuſticia

## De tertia feria

**Tertia feria eſt de** oratione.i.de efficacia orationis
que ſcʒ fit ſalua iuſticia.q̄d oſtendi
tur in epl̄a.Locutꝰ eſt dn̄s q̄ eſt exodi.xxxij.c.

ubi ſequit᷑. Dimitte me vt deleã eũ. Et mo-
iſes orauit ꝓ ꝑplo ⁊ dñs dimiſit peccatũ ſal
ua tñ iuſticia. q꞉ reſeruauit ſibi vindictam
Vñ ⁊ ſic ꝓpt illud peccatũ qđ cõmiſerũt
in xp̃m ꝑcipue puniant᷑. tñ ⁊ ꝓpt illud qđ
ↄmiſerũt. nunc. ſ. adorando vitulũ. Vñ dicit
dñs in euãgelio. Implete mẽſurã patrum
veſtroꝝ. Quia võ tã efficax ẽ orõ. iõ in in-
troitu dicit eccl'ia. Exaudi orõez meam. ꝛc.
Verſus. Cõtriſtat⁹ ſũ ĩ exercitatione mea
ↄtriſtat⁹ enĩ fuit ꝑ dilatione patrie ⁊ inco-
latu miſerie. Quia võ exercitatio xp̃iani ẽ
ĩ coertiõe a petulãtia ⁊ laſciuia q̃nqꝫ ſenſu-
um. idcirco q̃nto tono reſonat hũc introi-
tũ eccl'ia. Et ſequit᷑ ep̃la. Locut⁹ ẽ. ꝛc. i. q̃ ſic
dictũ ẽ ĩpetrauit moiſes dimiſſionẽ peccati
ſalua iuſticia. ⁊ vt filij eoꝝ mererẽt intrare
terrã ꝓmiſſionis. iõ in r̃ſorio orat eccleſia
vt mereat᷑ ipſã ĩpetrare filijs ſuis vt intrẽt i
terrã ꝓmiſſiõis. licꝫ adorauerint vitulũ cõ
flatilẽ. i. venerati ſint laſciuiã ⁊ põpã mũdi
dicẽs. Exurge dñe fer opẽ nobis. ⁊ verſus.
De⁹ aurib⁹ nr̃is audiuim⁹ q̃nã tu libera
ſti eos ⁊ ↄdonaſti eis. ſilr̃ ⁊ fac nobis ſp̃ũa-
liter. Poſtmodũ ſequit᷑ euãgeliũ. Iã die
feſto. Ioh. vij. c. de obſtinatione iudeoꝝ q̃
dicebãt. Quõ hic lr̃ãs ſcit cũ non didicerit
Et dixit dñs. moiſes dedit vobis legẽ ⁊ vos
vultis me interficere. q. d. ↄ legẽ veſtrã vul
tis facere ⁊ facitis. Et dixerũt. demoniũ ha
bes. ecce quõ obſtinati fuerũt. ⁊ hẽ quod ĩ
ep̃la habet᷑. Receſſerũt cito a via quã oſtẽ
diſti eis. Eccl'ia vero oñdẽs ſe nõ cõſentire
pccĩs eoꝝ dicit in offertorio. Expectans ex-
pectaui dñm. oſtẽdens ſe expectare xp̃m vſ
qꝫ in finẽ. ⁊ q꞉ bñ expectat q̃ a laſciuia q̃nqꝫ
ſenſuũ abſtinet. iõ q̃nti toni ẽ. Per hãc aũt
ſpẽ introducit᷑ nou⁹ ꝑpl's ĩ terrã ꝓmiſſiõis.
Vñ ſeq̃t᷑. Poſt⁹ cõmunio. Letabimur ĩ ſalu-
tari tuo. ⁊ ẽ ꝑmi toni. q꞉ oĩs leticia a deo ẽ.

## De quarta feria

Sequitur quarta
feria. q̃ ẽ cathezizãdoꝝ. q꞉ eo die
ducunt᷑ ad eccl'iaꝫ cathecumini. ⁊ cathezizã
tur. i. inſtruunt᷑. ⁊ hẽ ternũ ſcrutiniũ. vt iaꝫ
dicet᷑. Vt aũt ſeruiam⁹ ↄſuetudini eccleſie
italie q̃ ſcrutinij ſolẽnitatẽ obſeruat. ⁊ iuri-
bus de illo loquẽtib⁹. ⁊ q꞉ etiaꝫ q̃dã debis
q̃ in illo fiũt vbiqꝫ in baptizando ſeruãt᷑. iõ
aliqua de illo dicam⁹ vicꝫ q̃d ſit ſcrutiniũ
⁊ vnde dicat᷑ ⁊ originẽ traxit. qñ ⁊ q̃uõẽs
⁊ quare in tp̃ib⁹ ſtatutis fiat. q̃d in eo fiat
vſqꝫ ad exorciſmũ. ⁊ q̃d ab exorciſmo vſqꝫ
ad eccl'ie ĩgreſſũ. ⁊ q̃d ab ipõ ingreſſu vſqꝫ
ad finẽ. Et quare hec oĩa fiãt. Subſequent᷑
vero de officio miſſe hui⁹ diei dicemus

Scrutiniũ nihil aliud ẽ q̃ꝫ fidei ⁊ religiõis
xp̃iane inquiſitio. Eſt enĩ q̃ſi quoddaꝫ iter
ſeu ꝑparatio ad baptiſmũ. ⁊ dr̃ a ſcrutãdo
i. inquirẽdo. q꞉ fidei ⁊ religiõis inq̃ſitio fit ĩ
eo. Vñ originẽ traxerit iã dicet᷑. Incipit
aũt fieri ſcrutiniũ in q̃rta feria tertie hebdo
made q̃drageſime. ſed in hac quarta fit ſo-
lenne. Fiebãt enĩ in ꝑmitiua eccl'ia ſeptem
ſcrutinia duo ſcꝫ in q̃rta feria ⁊ ſabbato ter
tie hebdomade. ⁊ duo ĩ hac quarta feria ⁊
ſabbato hui⁹ quarte hebdomade. ⁊ duo ĩ
quarta feria ⁊ ſabbato q̃nte hebdomade. ⁊
vnũ in q̃rta feria vltime hebdomade. i. qui
bus aduli q̃ vẽturi erãt ad baptiſmũ doce
bant᷑ orõnez dñicã ⁊ ſimbolũ. vt in ſequen
ti tunc ſabbato in q̊ baptizãdi erãt vtrũqꝫ
ante baptiſmũ ſcirẽt. Et adhuc hodie ĩ qui
buſdã eccleſijs ſeptẽ fiũt ſcrutinia ꝓpt ſe-
ptiformẽ grãm ſp̃ũſſancti. Sed tertiũ vicꝫ
hac die ſolẽniſſimũ. ⁊ in oĩb⁹ eccleſijs ordi-
nẽ romanũ ſequẽtib⁹ in q̊libꝫ ſcrutinio dr̃
miſſa ſcrutinij vicꝫ. Dũ ſanctificat⁹ fuero.
de q̃ iã dicet᷑. Dicũt᷑ etiã ꝓp̃e collecte pro
cathecuminis. vt Oĩpotẽs ſempiterne de⁹
eccl'iam tuã. Itẽ remedij. ꝛc. Sed q̃rit᷑ qua
re ternũ ſcrutiniũ ſit ſolẽne ⁊ nõ ꝑmũ nec ſe
cundũ. Rñdet᷑ ad notãdũ ꝙ nec ꝑma etas
id ẽ infantia. nec ſecũda. i. puericia ita apta
ẽ ſeruitio dei. ſic illa in qua mariẽ diſcretio
boni ⁊ mali haberi incipit. ⁊ ĩ qua ↄ carneꝫ
pugnat᷑. Inde ẽ etiã ꝙ nõ prima trib⁹. i. tri
bus iude. nec ſcd̃a id ẽ trib⁹ ſimeon. ſed ter
tia id eſt leuitica ſacrificijs dñi ẽ deputata.
Sed nec in ꝑmo libro penthateuci. nec ĩ ſe-
cũdo agit᷑ de ſacrificijs. ſed in tertio. ꝓut di-
ctũ ẽ in p̃cedenti dñica. Fit aũt ſcrutinium
ĩ hac ſeptima hebdomada a ſeptuageſima

qꝛ dū iudei fuerūt in babylonica captiuita
te miſcuerūt ſe inter eos q̄dã de gētibꝰ. Unđ
poſt eoꝝ reditū ignorabāt de pluribꝰ vtrū
eēnt iudei vel nō. Quidā etiā dicebāt ſe fo/
re de leuitica tribu q̄ nō erāt. ⁊ ſe ſacerdotes
q̄ nō erāt. Ideoq̃ heſdras ⁊ alij ſapientes
genealogias diligent̄ ſcrutati ſūt ⁊ iudeos
a gentilibus. ⁊ leuitas a nō leuitis ſegrega
uerūt. ita ⁊ nos ī hac ſeptima hebdomada
q̄ finē illiꝰ ſeptuageſime babylonice capti/
hoc eſt aſcēdere. Sed videt̄ ꝙ ſicut iudei ab imolatione agni tipici qͥnquaginta dies cōputando ibi faciebāt ſuū pentecoſten. ita et nos qͥnquaginta dies ab imolatione agni deberemꝰ ꝯputare. ⁊ ſic deberemꝰ noſtrum pentecoſten facere ī die veneris: anteq̄ȝ mō facimꝰ. qḋ docet ꝯputatio. Ad hoc dicimꝰ ꝙ nō faciebant ꝯputationē ab imolatione agni. ſed a ſequēti dñica Vñ legitur leuit. xxiij Numerabitis ab altera die ſabbati .i. a dñica que eſt altera dies poſt ſabbatū. numerabitis dico ſeptem hebdomadas vſq; ad alteram diem ſeptime hebdomade. Hoc dixit ſpūſſanctus ꝑ moyſen. innuens ꝑ hoc pētecoſten xpianoꝝ qḋ ſemꝑ eſt in die domīca. Dicit ergo lucas de hac die. Dū ꝯplerētur dies pentecoſtes. erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco .i. in ꝑſona et ꝯcordi vnitate. Et factus eſt repente de celo ſonꝰ. q̄ꝛ exiſtentibus in pnīa q̄ eſt annꝰ iubileꝰ ⁊ ꝯpletio pētecoſtes. ⁊ exiſtentibꝰ in vnitate datur ſpūſſanctus. ſed repente. q̄ꝛ neſcit tarda rerū hēre molimina ſpūſſancti grā In igne autē deſcendit. q̄ꝛ ſicut ignis illuminat ⁊ inflamat ita ſpūſſanctꝰ illuminat ad cognitionē dei ⁊ inflamat ad amorē dei. Apparuit ergo in linguis igneis vt facundi eſſent in oī genere linguaꝝ. ⁊ q̄ꝛ ipſe eſt lingua que de occulto ſue bonitatis vbum ꝓtulit in vterū vginis. ⁊ ꝓfert verbū in corde hoīs Math. x. Non vos eſtis qui loquimini. ſed ſpiritus patris vrī q̄ loquit̄ in vobis. Ipſe enī quos replet eloquētes facit. Sequit̄. Quaſi aduenientis ſpūs vehemētis Hoc aūt dicit q̄ꝛ nihil potuit reſiſtere ſpūiſācto. nec aplis Vñ dñs in euangelio mathei. Ego dabo vobis os ⁊ ſapiām cui nō poterūt reſiſtere ⁊ ꝯdicere omnes aduerſarij vrī Et de beato ſtephano ſcriptū eſt in actibꝰ. ꝙ nō poterāt reſiſtere ſapie ⁊ ſpūi q̄ loquebat̄. Quia vō in epla dr̄. Et factꝰ eſt repente de celo ſonus. tanq̄ȝ aduenientis ſpūs vehemētis ⁊c. ideo ad hoc repſentandū in nōnullis eccliis clangūtur tube dū ſequētia dicitū. Venit enī ſpūſſctūs in ſpiritu vehemēti. Quia ſicut ventꝰ vehemens ꝓijcit puluerē a facie terre. ſic ſpiritus ſanctus eijcit a corde hominis omnē terrenitatē. Tubis quidem vtebantur antiqui vt legit̄ in numeris. ad multitudinē ꝯgregādam. ad dimicandum. ⁊ ad congratulādū in diebus feſtiuis. cum diuerſitate tm̄ ſonorum. quarum vſus fuit tante virtutis in iubilo vt ad crepitū ſiue ſonū eaꝝ corruerent muri hiericho. He ſiquidē ſūt duo teſtamēta vel ꝑdicatores. quibꝰ ad ꝑcinctū fidei populus euocat̄. ad pniām ⁊ lacrimabilē compunctionem excitatur. ad laudes domino exhibendas inuitatur. et ad mōtem ſion. et ad ciuitatem ſanctā hieruſalem. et multoꝝ miliū angeloꝝ frequētiam. et ad futurū dei iudiciū ꝓuocatur. Et vō quia in aduerſis et proſperis tubis clangitur. quia omne tempus cōuenit verbo dei. Vnde Benedicam dñm in omni tempe. ſemꝑ laus eius in ore meo De organis dictū ē in quarta pte ſub titulo de ſanctis Tūc etiā ex alto ignis ꝓijcitur. quia ſpūſſanctus deſcendit in diſcipulos in igneis linguis. et etiam flores varij. ad denotandum gaudium. et diuerſitatem linguaꝝ atq; virtutū. Columbe etiā per ecclām dimittuntur. in quo ipſa ſpūſſācti miſſio deſignat̄ Poſt eplā ȝ dicit̄ graduale in quibuſdam eccliis quia feſtum paſcale terminatū eſt. Tamen in quibuſdā alijs dr̄ duplex alla. q̄ꝛ ſpūſſanctus dator eſt gemine ſtole. Euangeliū. Si quis diligit me. ioh. xiiij. c. manifeſte eſt de ſpū ſancto. Poſt cōmunio eſt Factꝰ eſt. act. ij. c. Quare hoc feſtū celebrat̄ a iudeis. ⁊ quare a xpianis. dicet̄ in ꝓhemio ſeptime ptis.

## De ſecunda feria.

Sequitur ſecūda feria in qua oſtendit̄ ꝙ nō tantummō data eſt lex iudeis. ſed etiā ȝ gentibꝰ. Unde introitus eſt. Cibauit eos ex adipe frumēti. id eſt intelligentia ſpirituali. et de petra melle .i. melliflua doctrīa chriſti qui eſt petra. ſaturauit eos. ⁊ hoc habetur in epiſtola. Apperiēs petrus. actuū. x. ca. in qua habet̄ ꝙ adhuc loquente petro deſcendit ſpūſſanctus. Vel frumentum xp̄s eſt. cuius adeps eſt ſpūſſanctꝰ. quo fideles ſatiant̄ cum ſpūſancto replent̄. qui etiam ſā

tiantur melle de petra. id eſt doctrina de xp̄o
ꝓcedente in quo ſunt omnes theſauri ſapiē
tie ⁊ ſcientie dei. Hic aũt ꝓpter ꝓmiſſiones
q̄ ibi ꝯtinenẗ ꝯcinit quater all'a. ſicut et in fe/
ria tertia ⁊ ſabbato exponeẗ. De hoc etiam
dictũ eſt in tertia dñica poſt paſca. All'a eſt.
Spũs dñi. ſap. j. ca. Aliud all'a eſt Loq̄ban
tur. actuũ. ij. ca. Euãgeliũ v̄o ioh. iij. ca. non
videẗ ꝯuenire ſpũi ſancto ſed ꝯcordat ep'le.
Ibi eni oſtendit ꝙ nõ tantũ iudeis. ſed etiã
gentilibꝰ data eſt lex dicens. Sic deꝰ dilexit
mundũ ſuppleꝰ nõ tantũ iudeos. vt filiũ ſu/
um vnigenitũ daret. Et poſtea ſequiẗ. Vt
oĩs q̄ credit in illũ nõ pereat Et nota terri/
bile verbũ. ꝙ q̄ nõ credit in eũ iã iudicatꝰ eſt
Preterea ꝑ h ꝙ hic de dilectione mentio fit
ſpũſſanctus qui amor eſt. ſans exprimitur.
Poſtcõmunio eſt. Spũſſanctꝰ. ioh. xiiij. c.
Et eſt ſciendũ ꝙ ꝑ totã hãc ſeptimanam in
miſſa ſũt ſolẽnitates ſeruande. vt gloria ĩ ex/
celſiſ. credo. ite miſſa eſt. ⁊ te deũ laudamꝰ. ⁊
alleluia. vt baptizatoꝝ ſaluti ꝯgaudeamus.
⁊ vt future leticie plẽitudinẽ figuremꝰ Po
ſtremo notandũ ꝙ dñs nõ p̄dicauit genti/
bus ꝑ ſe. ſed ꝑ ap'los. Vñ Ite baptizate eos
in noĩe patris et filij ⁊ ſpũſſancti. ſicut yſaac
iuniori filio ſuo nihil precepit de offerendo
ſibi cibo. vt bñdictõnẽ acciperet. ſꝫ ꝑ operationẽ
rebecce ꝯp̄matũ benedictionis accepit. ⁊ q̄a
hec facta ſunt dei occulto iudicio ideo offici
um huiꝰ ſecũde ferie ꝑtinet ad ꝯſiliũ qd̓ eſt
donum ſpũſſancti.

### De tertia feria

**Sequitur tertia fe/**
ria. Et quia ſpũſſanctꝰ nõ daẗ niſi
ꝑ miniſtros. ideo in tertia feria diciẗ introitus
in ꝑſona p̄latoꝝ Accipite iocũditatẽ glorie
veſtre. In quo q2 ꝑ geminã dilectionẽ ad fi
dem ꝑuugimꝰ trinitatis. ideo q̄nquies con
cinimꝰ all'a. et eſt ſenſus. Accipite iocundi/
tatẽ gl'ie. i. ſpũm ſanctũ qui vos glorificabit
⁊ clarificabit. vt quiſqꝫ de ſe dicere poſſit qd̓
dr in ꝯmunione Spũs qui a patre ꝓcedit
ille me clarificabit. Sequiẗ ep'la. Cũ audiſ/
ſent ap'li. actuũ. viij. vbi ſequiẗ. Tunc impo
nebant manꝰ ſup illos ⁊ accipiebant ſpũm

ſanctũ q2 in impoſitione manꝰ dabant ſpi/
ritũ ſanctum. Euangeliũ. ioh. x. ca. ꝯcordatur
ep'le vbi diciẗ. Qui nõ intrat p oſtiũ ⁊c. Nõ
eni intrat in eccl'am qui nõ intrat per eos q̄
ſunt oſtiũ ſcꝫ ꝑ xp̄m ⁊ apoſtolos. Nã heretici
ci nõ dant ſpũm ſanctũ niſi in quãtũ ꝯueni
unt cũ eccl'a Et quoniã apoſtoli et eoꝝ ſuc/
ceſſores hereſiarchas in ſpũ fortitudinis ſiſt
aggreſſi ⁊ aggrediunẗ. ideo officiũ hodier/
nũ ꝑtinet ad fortitudinẽ. que eſt ſpũſſancti
donum Rurſus ſpũſſanctꝰ oſtiarꝰ eſt. ⁊ q̄
poſtiũ introducit ad patrẽ. quod etiã in of
fertorio canitur. Portas celi. i. ap'lorũ ſcri/
pturas aperiet. Poſtcõmũio eſt Spũs q̄
a patre. ioh. xv. ca.

### De quarta feria

**Sequitur quarta**
feria in qua fiũt ieiunia q̄ttuor
temporũ. Apoſtoli nanqꝫ no/
bis exemplũ ieiunandi hoc tp̄e reliquerunt
qui poſt ſuſceptũ ſpũm ſanctũ ſicut mẽtes
auerterant a ceteris mũdi illecebris ſic ⁊ ab
epularũ appetitu. Licet eni q̄zdiu cũ illis fuit
xp̄us nõ ieiunarẽt. poſt ablationẽ tñ eiꝰ ſpõ
taneis ſe ſubdidere ieiunijs Sponſo eni ab
lato eis ieiunandũ erat. ſicut dñs p̄dixerat.
q̄n ſponſus auferet ab eis tunc ieiunabunt.
Vnd̓ repleti ſpiritu ſancto ſponte ieiunare
ceperũt. quocirca in p̄cedenti ſecũda feria
quidã eſtiualẽ inchoant q̄dragesimaꝫ. Alij
v̄o ſanius hodiernũ ieiuniũ autumant eſſe
huiꝰ tp̄is quadrageſime initiũ. cui quidam
terminũ ſtatuunt in feſtiuitate ſancti iohã
nis ſiue ſex habeat hebdomadas ſiue non.
Tertij feſtiuitatẽ ſancti iohannis includũt
et eo vſqꝫ ieiunãtes ſine termino p̄fixo ꝓce/
dunt. donec ſenariũ ꝯpleant numerũ. Hãc
q̄dragesimã ꝓbat hieronymꝰ nõ eſſe neceſ/
ſitatis. ſed voluntatis dicens. Nos vnã fa/
cimꝰ q̄dragesimã illi tres q̄ tres paſſi fuerũt
ſaluatores. nõ ꝙ ꝑ totũ annũ ieiũare nõ lice
at. excepto pentecoſte. ſed q2 aliud eſt neceſſi
tate. aliud voluntate munꝰ offerre. Sed h
dixit hieronymꝰ ꝯtra montanũ hereticum
qui apud ſuos tribꝰ q̄dragesimis ſtatuit ie
iunandum. Et diciẗ hoc ieiunium eſtatis.

qđ eſt ieiuniū exultatōis in q̊ genua nō fle/
ctimꝰ imo cantica leticie dicimꝰ. vt dictum
eſt ſub quarta feria tertie hebdomade aduē
tus. Hoc aūt ieiuniū ſtatutū eſt ab eccleſia
in tali tpe. qꝛ qui iti ſe ſentit grãz ſpūſſancti.
leuiter et cū gaudio ieiunat. ⁊ etiam qꝛ ſuper
ieiunantes deſcēdit ſpūſſanctus viſibiliter.
Et iō incipit introitꝰ Deꝰ cū egredieris in
ↄſpectu ꝓplī tui ꝛc. Egredit aūt dn̄s. qn̄ aliq̊
ſigno viſibili venit ad auxiliū hoīm. Egreſ/
ſus vō eſt cū dedit nobis filiū ſuū. qui venit
pandens iter añ nos. vt dic̄ micheas Egreſ
ſus eſt etiam p ſanctiſpiritꝰ miſſionē qn̄ vi/
ſibiliter deſcendit ſup aplo͛s Et qꝛ p h̄ diſſi/
pati ſūt inimici. ideo ſequit̄ v̄ſiculus Exur/
gat deꝰ ⁊ diſſipent̄ inimici eiꝰ ꝛc. Sequit̄ in
quibuſdā eccliïs lectio de ṗncipio ſapientie
ſcꝫ. Diligite iuſticiā q̊ iudicatis terrā. Ubi
oſtēdit qualiter poterit haberi ſpūſſanctꝰ
ibi. Spūſſanctꝰ diſcipline effugiet fictū. Et
in fine dicit̄ Spūs dn̄i repleuit orbē terraꝝ.
ꝛc. Poſtmodū ſequit̄ eplã. Stans petrꝰ ꝛc.
act. ij. ca. in qua oſtendit̄ ꝙ ſup ieiunantes
deſcēdit ſpūſſanctus. Et ibi ſeq̄tur. Nō eni
iſti ſūt ebrij ſicut vos dicitis. cū ſit hora tcia
diei. ſed hoc eſt qđ dixit dn̄s p ꝓphetā iohel.
Effundam de ſpū meo ſup omnē carnem ⁊
ꝓphetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre ꝛc. In ali
is vō eccliïs dr̄ ṗma lectio. Stans petrꝰ. et
poſtmodū eplã. Per manꝰ aūt. actuū. v. c.
Due itaqꝫ lectiōes legunt̄. quia duo ꝓpli ad
fidē ↄuertuntur. vel qꝛ ordinandi in vtriuſ/
qꝫ teſtamenti pagina imbuunt̄. Sequitur
allã. qꝛ eſt ieiuniū exultationis. vt dictum ē.
Et dicūt quidā Pater cū eſſem. ioh̄. xvij. c.
Seq̄tur euangeliū ioh̄. vj. ca. Nemo venit
ad me niſi pater q̊ miſit me traxerit eum ſcꝫ
p ſpūmſanctuꝫ. Et poſt ſeq̄tur. Patres vri
manducauerūt manna et mortui ſunt. qui
manducat ex hoc pane viuet in eternū. quia
egreſſum eſt corā xp̄ianis manna ſpūale. ſi
cut ante coram iudeis tpale. ſed manducan
tes corpale mortui ſunt. q̊ vō manducaue
rit ſpūale nō morietur morte ſcꝫ icredulitatis
ſeu gehennali. Uñ patet ꝙ elegantiꝰ egreſ/
ſus eſt dn̄s corā nouo ꝓplō q̄ꝫ coram veteri.
Cōmunio eſt Pacem ꝛc. et eſt ioh̄. xiiij. ca.

Et attende ꝙ officiū huiꝰ quarte ferie ṗdi/
cat ſciam. que eſt donū ſpūſſancti. qui vſqꝫ
adeo ſanctos illuminat ꝙ de quinqꝫ libris
moyſi paucisqꝫ ꝓphetaꝝ ſcripturis librorū
copia creuit. qđ miſtice innuit nobis euan/
gelium de quinqꝫ panibꝰ ⁊ duobꝰ piſcibꝰ
. qđ hodie in quibuſdā eccliïs legit̄.

## De quinta feria

## Sequitur quinta

feria. que ſcḋm aliquas ecclãs ū hꝫ
introitū ꝓpriū. ſed qꝛ dn̄s deſcen/
dit in die dn̄ica p miſſionē ſpūſſancti. ⁊ q̇nta
feria aſcendit in celū ideo diei dn̄ice ⁊ quĩte
ferie ↄmunis eſt itroitꝰ. A dominica ergo
mutuat. nec habet ꝓpriū. vt a ſabbato in ſab
batū ſeptē dūtaxat ſint officia ſeptem donis
ſpūſſancti deputata. Quidā tn̄ ⁊ huic offi/
cio mutuato. nō incōgrue donū aſcribunt
hmōi aſcriptōnes nō a ſabbato ſed a dn̄ica
facere incipientes. In dn̄ica eteni ponunt
ſpūm ſapie. In ſecunda feria intellectꝰ. In
tertia ↄſilij. In quarta fortitudinis Et i hac
quĩta ſpūm ſcientie. qui dat ſcrutari ꝓfūda
ſicut cantat̄ in allã. Spūs omnia ꝛc. In q̊
buſdā vō eccliïs cantatur introitꝰ qui in ſe/
quenti dicitur feria ſcꝫ. Repleat̄ os meum
laude tua. Alique vō ecclie hn̄t ꝓpriū offici
um ſcꝫ. Deus patrū noſtroꝝ da nobis ſpiri
tum gratie ꝛc. in quo ecclĩa orat filijs dari
ſpūmſanctum ad remiſſionē peccatoꝝ. et
ad facienda miracula. Et quia p ſpūmſan/
ctum fiunt miracula. ideo habetur in epiſto
la. Philippꝰ ꝛc. que eſt actuū. viij. ca. ꝓphi/
lippus multos claudos ſanauit. et ſpūs im/
mundos eiecit. et factum eſt gaudium ma/
gnum in illa ciuitate ſcꝫ ſamarie Et qꝛ p ſpi
ritū ſanctum omnia iſta fiūt. ideo ſequitur
euangelium. luce. ix. cap. Conuocatis ieſus
xij. diſcipulis ſuis dedit eis poteſtatē ſuper
omnia demonia. Et poſt Non feretis v̄gaꝫ
neqꝫ peram ꝛc. Que fieri non poſſunt niſi
ſpūſſancti abundantia habeatur.

## De ſexta feria

## Sexta feria eſt in

troitus. Repleatur os meum

laude vt poſſim cantare all'a.q꞉ qui gaudet
ore et corde p̄t ieiunare ieiunio exultatiōis
Et q꞉ eſt dies veneris in qua paſſus eſt do-
minꝰ ⁊ dies ſpūſſancti.ideo dicit petrus in
ep̄la. Apiens.act.ij.ca.q̄ in quibuſdā eccl'ijs
legit̃.ꝙ xp̄us ſuſcitatꝰ eſt a ſpūſancto. Vn̄
ibi habet̃. Suſcitauit ieſū ſolutis doloribꝰ
inferni.ſicut ſcriptū eſt. Nō dabis ſanctum
tuū videre corruptionē.i quo ſignificata ē
illa ſpūſſancti opatio qua ſinagoga nunc
mortua.pietate reſurget poſtq̄ȝ plenitudo
gentiū eadē introierit pietate. Predicat er-
go hȝ officiū pietatē. Poſſet etiā ptinere ad
ſpūm timoris.p eo ꝙ dicit̃ in euangelio. Et
repleti ſunt timore ꝛc. In q̄buſdā eccl'ijs le-
git̃ lectio. Exultate filie ſion.que eſt ioel.ij.c.
Et q꞉ p ſpūmſanctū fiūt miracula.ſequitur
euāgeliū Factū eſt.luce.v.ca.de paralitico ſa-
nato. Et q꞉ ꝓpter hoc dȝ laudari dn̄s.ſequi
tur offertoriū. Lauda aīa mea dn̄m. Com-
munio eſt. Spūs vbi vult ſpirat.ioh.iij.

## De ſabbato

**In ſabbato eſt in**
troitus. Caritas dei diffuſa eſt in
cordibꝰ nr̄is ad romanos.v.ca.⁊
ꝯpetit ſpūſancto qui eſt caritas et etiā diei
ſabbati q꞉ in ſabbato future quietis maxie
diffundet̃ vt q̄ igniculꝰ eſt in ſion caminus
ſit ī hierl'm. Et ſequit̃ v'ſus. Dn̄e deꝰ ſalutis
mee.in die clamaui ⁊ nocte corā te. Ille eīȝ
in quo diffuſa eſt ſpūſſancti grā laudat deū
in pſperis ⁊ in aduerſ. Sequit̃ ep̄la. Iuſti-
ficati ꝛc.ad ro.v.capi.in qua habet̃ de huiꝰ
diffuſione. Q꞉ enī caritas dei diffuſa eſt nō
pmittit eā paulꝰ intra fines terre pmiſſiōis
tantū coartari.imo oſtēdit ꝙ nō tantū iude
is verū etiā gentibꝰ datꝰ eſt ſpūſſanctus di
cens ipſis iudeis. Vobis optebat primū p
dicari. Sed q꞉ repuliſtis verbuȝ dei ⁊ vos
īdignos feciſtis vite eterne ecce ꝯuertimur
ad gentes. In alijs v'o eccl'ijs dicit̃ ep̄la. Cō
uenit vniuerſa ciuitas ꝛc.actuū.xiij. Quia
ergo gentibꝰ datꝰ eſt ſpūſſanctꝰ ideo ſequit̃
all'a. Laudate dn̄m omnes gentes In hoc
enī ieiunio nō tacent̃ cantica leticie ꝓpter re
uerentiā feſti.nec ſcd̄m nicen̄.ꝯciliū.genua
flectimꝰ ſed ſtantes oramus ꝓpter neophi
cos gaudētes ꝙ a pctīs ſurrexerūt. In alijs
eccl'ijs dr̄ Repleti ſunt omnes.act.ij.c.⁊ ſpi-
ritus dn̄i ornauit celos.iob.xxvj.c. Poſtea
ſequit̃ euangeliū Surgens ieſus.luce.iiij.c.
de ſocru petri ſanata.que ſignificat ſinago
gam.que ſanata eſt a petro ab infidelitate.
⁊ pfectiꝰ p fidē ipſiꝰ ſanabit̃ in futuro.et ſic
ꝯuenit cū ep̄la. Fiunt autem hac die ordines
q꞉ ſup ordinandos deſcendit ſpūſſanctus ⁊
etiā ſup ieiunātes.⁊ ideo dicūt q̄tuor lectio
nes ante lectionē daniel'.put dictū eſt ſub q̄r
ta feria tertie hebdomade aduentꝰ. Prima
eſt de pncipio libri ſapientie.in qua oſtendi
tur quibꝰ dat̃ ſpūſſanctꝰ ⁊ quibꝰ nō.ſcȝ illis
qui ſentiunt de dn̄o in bonitate.⁊ in ſimpli
citate cordis querūt illū. In alijs v'o eccl'ijs
pma eſt de ioele.iij.ca. Effundā de ſpū meo
ſup omnē carnē.q꞉ ſicut ſpūſſanctꝰ ſup apo
ſtolos deſcendit viſibilit̃.ita ſup ordinādos
deſcendit inuiſibiliter. Secunda eſt Locu-
tus eſt.que eſt leui.xxiij.ca. Tertia eſt Dixit
moyſes.que eſt in deut.xxvj.ca. Quarta eſt
Dixit dn̄s ad moyſen.que eſt leuit.xxvj.ca.
Offertoriū eſt. Intonuit dn̄s. Poſtcōmu
nio vero. Nō vos relinquā.ð effuſione ſpi
ritusſancti loquit̃. Poteſt etiā dici ꝙ hȝ offi
ciū figurat duoꝝ ꝯcordiā pploꝝ iudei vi-
delicet ⁊ gentilis. Hi ſunt duo ceci de quibꝰ
dr̄ in euangelio ꝙ ſūt illuminati a xp̄o De q̄
ꝯcordia loquit̃ paulꝰ i ep̄la ad iudeos ⁊ gē
tiles dicēs Iuſtificati ex fide pacē habeamꝰ
ad deū.p dn̄m noſtrū ieſum xp̄um. Sed q꞉
pax aut concordia vera non fit niſi per cari
tatem.ideo precinit̃ in introitu. Caritas dei
diffuſa eſt.in quo ter ponit̃ alleluia.quoni
am ad fideȝ trinitatis ꝯueniuntur p obſequia
caritatis. Lectiones etiam ad ieiunium pti
nentes atteſtant̃ opationem ⁊ gratiam ſpi-
ritusſancti.vt prima. Effundam de ſpiritu
meo. Et ſecūda Locutus eſt.vbi dicit̃. Nu-
merabitis ſeptem hebdomadas vſq̄ȝ ad al-
teram diem expletionis hebdomade ſeptīe.
preſentem intelligit feſtiuitatem.que olīȝ di
cebatur feſtiuitas hebdomadaꝝ. Et q꞉ poſt
q̄ȝ gētes intrauerint reliquie iſrl' ſaluabunt̃
ideo nunc flentibus et ſponſum expectanti.

bus dicit domin⁹ in poſtcōmunione. Nō vos relinquā orphanos. Q2 igit̄ hec cōcordia fiet imminēte die iudicij. q̄ etiam electis erit cauſa timoris. ideo hoc officiū ꝑtinet ad timorē. vel quia timor introducit caritatem. licet caritas foras mittat timorē. ¶ Et attēde quia ſecūdū auguſtinū in ordine iſtorū officiorꝫ deſcendēdo ꝯputam⁹. In ordine vō paſcaliū aſcēdendo. q2 ꝑ hec deſcēs⁹ ſpiritusſancti ad nos. ꝑ illa noſter ad ip̄z ſignificat̄ aſcēſus. Et caue. q2 ꝑter ꝑmiſſa officia ad ieiuniū ꝑtinētia que in quarta ⁊ in ſexta feria ⁊ in hoc ſabbato expoſuim⁹. alie quidē lectiōes ⁊ euāgelia in eiſdē dieb⁹ inueniunt̄ q̄ forte ſolennitati magis appropinq̄re vidēt̄ tamen hec ⁊ illa gratiaꝫ ſpūſſancti ꝑſonāt et opationē. Unde q̄dam hodie nō incōgrue duas miſſas celebrāt. Unā in tercia de feſto cum gl'a in excelſis. ⁊ credo. Aliam in nona de ieiunio ſine gl'a in excelſis. in qua ſūt clerici ordinādi. qui merito ī hac hebdomada ordināt̄. vt ſpūſſancti dona ꝑcipere mereantur. Et memēto q2 in hac die terminat̄ quīq̄geſima. et ideo hodie frequētatur ⁊ cantatur ꝑ graduali all'a. nec flectūt̄ genua. ꝑtinet eī ad octauā. Generale q̄dam eſt. q2 quotiens ī die de tempore gratie materia laudis aſſumit̄ aut dies ad octauā refertur. genua non flectim⁹. ſed in orationib⁹ ſtātes collatam nobis gratiaꝫ et cōferendā gl'am ꝑfitemur. vt cū olim eēmus ſerui curui. nūc fracto iugo incedamus erecti. vt in dominicis dieb⁹ in ſanctorꝫ natalicijs. ⁊ paſcalib⁹. inclinare tn̄ capita poſſumus. vt mulieres deuotas admonimētū veniētes imitemur ⁊c.

## ¶ De octaua penteceſtes.

In pleriſq3 locis in octaua penteco. fit feſtū ſancte trinitatis. Poſtq̄z enī celebrata ē feſtiuitas patris in natiuitate. q2 natiuitas dicit̄ feſtiuitas patris. et poſtq̄z celebratum eſt feſtū filij in paſcha. ⁊ feſtum ſpūſſancti ī miſſione ipſius. merito in octaua pente. fit feſtū eorꝫ ſimul. feſtū ſcꝫ trinitatis. vt oſtēdatur q2 tres ꝑſone ſūt vnus de⁹. Et hec ē ꝑma cauſa quare celebrat̄ feſtū triū ꝑſonaꝫ diuinaꝫ ſil'. Scd'a cā eſt. q2 ad inuocationē ſancte trinitatis dat̄ in baptiſmo ſpūſſanct⁹ vt premiſſū eſt. Tertia cauſa ē vt oſtēdat eccleſia filijs ſuis illū a quo ſunt oīa bona cui⁹ habet imaginē. ⁊ cui⁹ debet habere ſilītudineꝫ videlicet dei ⁊ ſancte trinitatis. quā ſemper laudare debem⁹. Et q2 tota intentio eſt laudare ipſū. ideo in quibuſdā eccl'ijs in ſingul' antiphonis laudū ꝑponit̄ v'ſicul⁹ qui laborem ſig̃ficat. ad oſtendendum q2 toto labore totoq3 niſu debem⁹ nos vertere ad laudandū deū ⁊ ſanctam trinitatē. Et eodē mō fit ī quibuſdā eccl'ijs in feſto beate marie in antiphonis laudū. ꝑ eo q2 ipſa ſe totā vertit in laudem dei. Unū tūc in euāgelio d2. Maria autē ꝯſeruabat oīa v'ba hec ꝯferens in corde ſuo. Et q2 ipſa ꝑuilegiata fuit in v'ginitate. ipſa eī ē v'go v'ginū. In antiphonis quoq3 de beato laurentio ⁊ de beato paulo ⁊ de b'to ſtephano ꝑponunt̄ quidam v'ſus antiphonis ad maiorē laborē notandū quē in ſuis martirijs ſuſtinuerūt. Beat⁹ enī laurenti⁹ graui⁹ ceteris paſſus eſt. Unū beat⁹ ſixt⁹ dixit ei. Maiora tibi debent̄ ꝓ xp̄i fide certamina. Beat⁹ vō paulus pl⁹ ceteris laborauit ꝑdicando. Et beat⁹ ſtephan⁹ ꝓ xp̄i fide primus martir extitit. Sed in hoc eſt differentia. q2 in nocturnalib⁹ antiphonis tantum de beato laurentio ꝑmittūt̄. q2 paſſio ſua de nocte ꝯſummata eſt. Unde dixit Mea nox obſcurū nō habet. Et iterū. Nō eſt inuenta in me iniquitas. Et ita apparet q2 totus fuit ſacrificiū laudis. Unū ſemꝑ dicebat. Grās tibi ago dn̄e. Mane vō corp⁹ ei⁹ fuit conditū ⁊ ideo tantū nocturnalib⁹ et nō laudū antiphonis v'ſiculi ꝑponunt̄. Burſus q̄a v'ſus laborem et boni operis fructuꝫ ſignificant. ꝑut tactum eſt in ꝓhemio quinte ptis merito ī dictorꝫ ſanctorꝫ natalicijs ſpēaliter ꝑmittunt̄ antiphonis. ad notandū q2 ipſi excellentius labores ⁊ bonorꝫ opum fructus ſuis natalicijs ⁊ martirijs ꝑmiſerūt. In q̄buſdā tamen eccl'ijs antiphone de martirio beati petri ꝑpoſtere ꝑponunt̄ v'ſiculis. ideo quia ipſe petijt vt in cruce caput ſuū ad terram verteret. Dr̄ ant̄ verſus trophi vocātur quaſi laudes ad antiphonas cōuertibiles.

Trophos enī grece ꝯuerſio dicitur latine.
Quia ergo ſemꝑ ſanctam trinitatē lauda/
re debemus. ideo ad miſſam dicitur introi/
tus. Benedicta ſit ſancta trinitas. quē alcui
nus ſumpſit de thobia. xij. Poſtmodū ſeq̄/
tur epiſtola de apoc̄. Vidi oſtium apertū in
celo. ⁊ in circuitu ſedis. id eſt eccl̄ie que eſt ſe
des dn̄i. mare vitreū. id eſt baptiſmū. in quo
ſummergunt̄ omnes egiptij. id eſt oīa pc̄tā
Et nota quia dicit mare vitreum ꝓpter cor/
poris fragilitatem ⁊ ꝑſpicuitatem quā reci
pit in baptiſmo. ⁊ eſt in circuitu. q2 ad eccle/
ſiam venire nō poſſumus niſi ꝑ baptiſmū.
Sequit̄. Simile criſtallo. q2 qui prius erāt
aque fluxibiles. fiunt ꝑ gratiā in baptiſmo
acceptam firmi ſicut criſtallus. que fit ex aq̄
congelata ⁊ diuturno gelu in naturam la/
pidis ꝯſolidata. Et hec eſt vna cauſa quare
in hac die legit̄ hec epl̄a. q2 in ea dicit̄ de ba/
ptiſmo. in quo ꝑ inuocationē trinitatis dā/
tur ſeptem dona ſpūſſancti. Secunda ratō
eſt. quia in ea inuitamur ad laudes trinita
tis. cū ibi ſequit̄ q̄ aīalia plena oculis ante ⁊
retro. i. p̄lati dabant gloriā et honorē ⁊ bene/
dictionē ſedenti ſuꝑ thronum viuēti in ſecu
la ſeculoꝝ. Sedens aūt ſuꝑ thronū eſt deus
trinitas. Vn̄ ſequit̄. Et pcidebāt. xxiiij. ſenio
res in facies ſuas. mittentes coronas an̄ eū
hoc ſignificat q̄ oīa bona noſtra debemꝰ at
tribuere ei. atq2 omne illud ex quo meremur
coronā. Sequit̄. Et nō habebant requiē di
centia. Sanctꝰ. ſctūs. ſanctꝰ. Et ideo in itro
itu ⁊ in alijs officijs totiens repetit̄. Benedi
cta ſit ſancta trinitas. Et ꝓpter hoc reſpōſo
rium ſiue etiā graduale qd̄ r̄ndet epiſtole ē.
Bn̄dictus es dn̄e qui intueris abyſſos. da/
niel. iij. c. Verſus ē. Benedicite deū celi. tho/
bie. xij. ca. Et all'a. Bn̄dictꝰ es dn̄e deꝰ patꝝ
noſtroꝝ. Et offertoriū Bn̄dictus es domīe
Et poſtcōmunio. Bn̄dicimꝰ deū celi ⁊c. tho
bie. xij. ca. Euangeliū eſt. Erat homo ex pha
riſeis nichodemꝰ. ī quo habet̄ de baptiſmo
q̄ ī inuocatōe ſctē trinitatis ſctificat baptiza
tos In alijs v̓o eccl̄ijs dr̄ epl̄a. Gaudete ꝑ/
fecti. que eſt ad corinth. vlt̄. c. Et in alijs dici
tur. Vidi hoſtium q̄ eſt apoc̄. iiij. Et euan/
geliū. Cum venerit paclitus ioh. xiiij. capi.

Sciendū eſt q̄ hiſtorias de ſancta trinita/
te ⁊ de inuentione ſancti ſtephani cōpoſuit
ſctūs ſtephanꝰ laudiceū. Rurſum cū anlai
rex qui xp̄ianos ꝑſecutꝰ eſt fere oīa volumi
na xp̄iane religionis deſtruxiſſet alcuinus
magiſter karoli ⁊ ludouici filij eiꝰ rogatu
bonifacij archiep̄i moguntiū. m'lta de eccle/
ſiaſticis officijs ꝯſcripſit. Vnde et moguntī/
neñ. concil'a ꝓbante inſtituit q̄ a feſto pa
ſche vſq2 ad dn̄icam iſtā tres tantū diceren
tur lectiones. ⁊ hac die de trinitate cantari
vſq2 ad dn̄icam ſequentem. et tunc incipere
Dn̄e ī tua miſericordia ⁊c. ⁊ ꝯpoſuit officiū
de trinitate. videlicet r̄nſoriūm antiphonas
miſſam et ſequentiā. que oīa obtulit alexan/
dro pape. Ille v̓o r̄ndit nō eſſe celebrandū
feſtū de trinitate ſicut nec de vnitate. Nam
ſingulis diebꝰ fit feſtū trinitatis ⁊ vnitatis
quia ſemꝑ dicitur. Glia patri ⁊ filio ⁊ ſpūi/
ſancto. Et p̄miſſas hiſtorias ⁊ officiū nō ad
miſit. Verū ſuꝑueniente hereſi arriana fere
fuit fides trinitatis extincta. Sed hylarius
euſebiꝰ et ambroſiꝰ reſtituerunt. Conſenſit
igitur eadē de cauſa gregorius magnꝰ. vt
de trinitate ſpecialia cantaremus et eccl'ias
in ipſiꝰ honorē edificaremꝰ. Exinde ergo ē
q̄ de hiſtoria trinitatis inuenit̄ varia ꝯſue/
tudo Alij nanq2 nō vtunt̄ ea. ſequētes rep/
bationem alexandri pape. ſed in qualib2 do
minica ab octaua pentecoſtes vſq2 ad aduē
tum cantant in nocturnis nonū reſponſo/
rium de trinitate. niſi feſtū aliqd̄ impediat.
vt eā ꝯfiteant̄ ꝑ quā ſaluant̄. ⁊ in miſſa cātāt
all'a eam hilariter ꝯfitentes vt dictū eſt ſub
quarta p̄te ſub titulo de all'a. Alij v̓o vtunt̄
ea cantantes eā in hac p̄ma dn̄ica. ſequētes
p̄mā inſtitutionem alcuini. Alij ponūt ea2
in fine tp̄is declinationis ſc2 in vltima dn̄i/
ca videlicet an̄ dn̄icam de aduentu. ſequen
tes vltimā approbatōnē gregorij. Romani
ergo nunq̄2 celebrant feſtū2 de trinitate. nec
etiam has octauas faciunt. Sed in prima
dominica poſt pentecoſten incipiunt hiſto
riam. Preparate ſeu deus oīm Alij v̓o cele
brant hodie de octaua ſc2 de ſpūſancto ⁊ po
nūt eādem epl̄am et idem qd̄ p̄dixim̓ euā/
geliū ꝓpter baptiſmatis ſacramentum. cete

ris obſeruatis ſicut in die penteco. celebrant aũt octauã ad inſinuandã pfectionẽ vel cõſũmationẽ opum ſpũſſancti. Per ſeptẽ enĩ dies opatio gratie ſeptiformis. ĩ octaua võ ɔſũmatio declarat̃. Et quoniã octaua redit ad caput. ideo oĩa ſicut in die feſto. a veſpa in veſpam in ipſis veſpis ⁊ ĩ trib⁹ nocturnalibus pſalmis obſeruãt. De his octauis dicit auguſtin⁹. Celebrationẽ octauarꝫ feriarꝫ noui homines celebram⁹. Baptiſm⁹ neophicorꝫ licet in ſabbato pagat̃ ad illũ tamen baptiſmũ ptinet quẽ apli ſuſceperũt in die pente. cuius octaua dies eſt dñica ſequens Qui võ ponũt hiſtoriã. Prepara te ſeu deus oĩm. melius faciũt qꝛ romanã ſequunt̃ eccliam. noſtre pegrinationis recolentes et pcurrentes hiſtoriã. Nã p ſeptuageſimã ſignificamus expulſionẽ generis humani de patria paradiſi. p q̃drageſimã ſeruitutẽ populi ſub pharaone. p paſcha ĩmolationem agni. p quadraginta dies paſchales q̃draginta annos in deſerto. p rogationes terre promiſſionis ingreſſionẽ. p ſeptẽ dies pentecoſtes ĩ quib⁹ ſeptẽ dona diuidunt̃ terre date diuiſionẽ. p tempus q̃d ab hodie ſeq̃t̃ ſignificam⁹ populi afflictionẽ ⁊ gubernationeꝫ factam p iudices ⁊ reges. ideoqꝫ legunt̃ q̃tuor libri regũ. put in ſeq̃ti ti. dicet̃

## De prima dominica post pentecoſtes.

Hic dicendum reſtat de p̃ma dominica poſt pentecoſtes. que eſt vna de pncipalibus dñicis Et incipit hic quartũ temp⁹ ſcꝫ pegrinationis qꝛ ſum⁹ in via veniendi ad patriã. Sꝫ quia hoſtes habem⁹ priuſq̃ꝫ illuc perueniamus ſcꝫ carnẽ mundũ ⁊ dyabolũ. ideo legit̃ de libris regũ. in q̃b⁹ agit̃ de bell' ⁊ victorijs vt inuitemur ad pugnandũ fortiter contra hoſtes ut victoriã habeam⁹ ſicut iudei de philiſteis. ⁊ tandem gloriemur ĩ celis qꝛ nõ eſt nobis tantum lucta aduerſus carnẽ ſed etiã aduerſus aereas poteſtates. Vñ p̃mo dicim⁹ in veſpis Bñdict⁹ dñs de⁹ me⁹ ⁊c. Et hiſtoria eſt. Deus omnĩũ. ſeu ſm romanos. Prepa te Sed quia bellũ ſine diſcretõne nõ bñ geritur. ideo ſequenti tpe ſubiungunt̃ libri ſalomonis Itẽ qꝛ inſurgunt vicia. contra que neceſſaria eſt patientia. ideo ſubſequenter ſubiungit̃ hiſtoria de iob. Recte ergo inuitamur ad pugnã. qꝛ poſtq̃ꝫ digni ſum⁹ in numero iuſtoꝝ haberi p librũ numeri iam p lectũ. ⁊ in ſtatu pfectionis p nouã legẽ ſcꝫ p deuteronomiũ in quo habetur Diliges dominũ deũ tuuꝫ ex toto corde tuo et ex tota anima tua. ⁊ ſum⁹ ſub ieſu per librũ ioſue. ⁊ ſub iudicibus. id eſt ſub p̃latis p librũ iudicũ. ⁊ ſum⁹ ſine acceptione perſonarꝫ p librũ ruth que fuit moabitis. reſtat tãtum pugnare. qꝛ tũc magis temptat diabolus. et ſic ordinant̃ libri regũ ĩ quib⁹ tractat̃ de bellis ipſoꝝ ad alios libros. Adaptãtur etiã et aliter p̃me q̃tuor dñice q̃tuor libris regũ. put dicet̃ ſub quarta ⁊ ſub ſepĩa ⁊ ſub decima q̃nta dñicis. Legunt̃ aũt in tali tpe ⁊ poſt miſſionẽ ſpũſſancti. et poſt feſtũ ſcte trinitatis. qꝛ q̃n accipim⁹ grãm ſpũſſancti. ex tunc ſum⁹ ſimiles deo. ⁊ p hoc filij ſum⁹ ſũmi regis ⁊ p ɔſequens ſum⁹ reges. Vñ dr̃ in apocalipſi Fecit nos regnũ ⁊ ſacerdotes deo ⁊ patri ſuo ⁊c. Et petr⁹ ĩ canonica Vos eſtis gen⁹ electũ regale ſacerdotiũ ⁊c. Ergo cũ ſimus reges. ⁊ habeam⁹ aduerſarios. nõ reſtat niſi vt regnũ noſtrũ defendam⁹. qꝛ ex hoc nobis inuidet dyabolus. qꝛ ad illud regnũ ſum⁹ aſſumpti vnde fuit ipſe deiectus ⁊ ideo nobis grauis imminet pugna. Item pe oſtendit̃ nobis dauid in exemplũ q̃ vicit p humilitatẽ ⁊ p iocunditatẽ mẽtis ⁊ vnct⁹ fuit ter. Primo a ſamuele in bethleem in ſignũ regni Secũdo ſup domũ iuda in regẽ tribus iuda. a viris iuda in ebron. Tertio iterũ in ebron. et in ɔfirmatione regni ſuper totum iſrael. Similiter nos ſi bene pugnabim⁹. ter inungemur. Primo in baptiſmo. in ſignũ regni. Secũdo ĩ ɔfirmatione Tertio in padiſo q̃n regnũ noſtrũ ɔfirmabitur Saul etiã nobis pponit̃ in exemplũ qui p inobedientiã amiſit regnũ. Vñ nõ ſim⁹ inobedientes ſicut ipſe fuit. ne pdam⁹ regnuꝫ eternũ. Dauid aũt fuit humilis in oĩb⁹ opibus ſuis. q̃d patet. qꝛ cũ luderet corã arca dñi indut⁹ ephot lineo depoſitis regalibus

veſtibus deſperiteũ michol filia ſaul dicẽs ei. ꝙ nudatꝰ fuerat ſicut vnꝰ ď ſcurris. Et ille rñdit. Ludã et vilioꝛ fiam ante dñm qui elegit me ⁊c. Item qñ venit ad eũ nathan ꝓpheta ⁊ redarguit eum de pctõ ſuo publice penituit. Item iocunditatẽ mentis habuit et oĩa bona a ſe facta ad deuȝ retulit. Unñ de eo cantat eccl̃a. Preualuit dauid ĩ philiſteũ in funda et lapide in noĩe dñi. Ecce exultatio in deo. Non eñi cõfidebat in ſe. Funda dauid eſt ꝑdicatio. ꝑ quã fundã ꝑdicatõis eijcit dyabolus de coꝛdibꝰ hoĩm cũ ꝑ durã reꝑhenſionẽ incutit timoꝛ et ꝯcipit penitentia. Lapis v̊o dura reꝑhenſio eſt. Quia ergo hmõi victoria habet ꝑ humilitatẽ. iõ ad miſſã incipit introitus. Dñe in tua miſericoꝛdia ſperaui. ecce humilitas dauid. exultauit coꝛ meuȝ. ecce mentis iocunditas. ꝑ hec duo vincit pugna. Et qꝛ ille ſolus vincit q̃ nihil ſibi ſed omnia bona ſua deo attribuit ⁊ ſperat in eo. ideo hñ ſequit oꝛatio. Deꝰ ĩ te ſperantiũ fortitudo ⁊c. Poſtea ſequit epl̃a de caritate. Deus caritas eſt ⁊c. j. ioħ. iiij. ca. qꝛ ꝑ caritatẽ reges ſimꝰ. ⁊ ꝑ eã facimꝰ bona opa meritoria regni. ꝑ que regnũ noſtrum defẽdimꝰ ⁊ ꝯſeruamꝰ. Unñ ſequit. In ħ apparuit caritas dei ⁊c. Et poſt Deꝰ caritas ẽ ⁊c. Ibi etiã oſtendit ꝙ diligere debemꝰ deũ ⁊ ꝓximũ. In euangelio aũt. Homo q̃dam erat diues. luce. xvj. c. oſtendit ꝙ nõ debemꝰ diligere diuitias. ꝑ diuitem qui induebatur purpura ⁊ biſſo ⁊ ꝑ penã eiꝰ. vt eĩ ďr eccl̃s. v. ca. qui amat diuitias. fructum nõ capiet ex eis. qui amat ſcȝ amoꝛe libidinoſo. naturali v̊o vel caritatio poteſt qꝛ diuites cũ iuſticia et opibꝰ bonis nõ abijcimꝰ. Habet autẽ in euangelio de mẽdico lazaro. in cuiꝰ ꝑſona incipit graduale Ego dixi dñe miſerere mei Et ſequit v̊ſus de õpibus miſericoꝛdie. Beatus qui intelligit ſuꝑ egenũ ⁊ pauperem. id ẽ intelligit ⁊ ꝑcogitat illud qđ eſt in egeno et paupe. ſ. egeſtas ⁊ paupertas vt ei ſubueniat. Dicit eĩ gregoꝛiꝰ ꝙ dẽmꝰ eos vocare patronos ⁊ amicos nr̃os. qꝛ et frẽs nr̃i ſũt. ⁊ ſic facere nobis amicos de mãmona iniquitatis. ⁊ de male acquiſitis. vt cũ defecerimꝰ ꝑ moꝛtẽ recipiant nos ĩ eterna tabernacula. Hoc nõ fecit diues ille epulo. et quia ĩ aliquo noluit pauperi ſubuenire. ideo cũ eo diſtrictiſſime fecit dñs. vt nõ poſſet habere guttã aq̃ ad refrigeriũ lingue. Et ideo ſequit alleluia Deus iudex iuſtꝰ fortis et patiens ⁊c. Poſtea ſequit offertoꝛiũ in ꝑſona mendici. ſcȝ Intende voci oꝛõis mee. Et qꝛ nõ obliuiſcitur deꝰ oꝛõnes pauꝑum Sequitur poſt cõmunio. Narrabo omnia mirabilia tua. pſalmũ dicã ⁊c. in quibuſdaȝ tñ eccl̃ijs legit hodie euangelium Eſtote miſericoꝛdes. qđ eſt luce. vj. ca. ¶ Et eſt ſciendũ ꝙ vꝛbanꝰ papa q̃rtus ſtatuit fieri feſtũ de coꝛpe xp̃i q̃nta feria poſt hanc dñicam. ꝯcedens magnã indulgentiã tam clericis officiantibꝰ q̃ȝ populis ꝯuenientibꝰ ad diuina. ꝓut in officio ſuꝑ hoc oꝛdinato habet.

## ¶ De ſecunda dominica

Dictum eſt quod prima cauſa qua defendimꝰ regnũ noſtrũ eſt caritas que dilatatur ꝑ ꝯſiderationẽ eternaꝝ nuptiaꝝ de q̃bus in apoc. Beatꝰ qui vocatꝰ eſt ad cenaȝ nuptiaꝝ agni. Unde in hac ſcđa dñica habet de hmõi cena in euangelio. luce. xiiij. ca. Homo quidã fecit cenã magnã ⁊ vocauit multos. ⁊ miſit ſeruos ſuos hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirẽt ⁊c. Hoꝛa cene eſt ex q̃ poꝛta paradiſi apta eſt ꝑ ipſũ Sequit Ecce perũt omnes ſe ſimul excuſare. Nam ꝑmꝰ dixit. Uillã emi. et neceſſe habeo videre illaȝ Scđus dixit. Iuga boum emi quinq̃ȝ. ⁊ eo ꝓbare illa. Tercius dixit Uxoꝛẽ duxi. ⁊ iđo nõ poſſum venire Dominꝰ v̊o dixit ad ſeruũ ſuũ. Uade ꝯpelle intrare vt domꝰ mea impleat Multos eñi ꝯpellit intrare ꝑ tribulationes. Illi ergo qui vocati fuerant non venerunt. qꝛ auari qui ꝑ primũ ſe excuſantem. ſuꝑbi vel guloſi qui ꝑ ſcđm. ⁊ luxurioſi qui ꝑ tertium intelliguntur. hac cena ſe reddunt indignos. Unñ verſus. Uilla. boues. vxoꝛ. cenam clauſere vocatis. Mundꝰ. cura. caro. celum clauſere renatis. Et quia in hoc iſti ſe reddunt indignos. ideo dñs alios vocat. Quia v̊o ꝑ ꝯſiderationẽ huius cene dilatat caritas ⁊ qꝛ dñs ꝓtegit habentes ca

ritatē. ideo incipit introitus. Factus eſt dñs ꝓtector meus ⁊ eduxit me in latitudinē carita tis. Sequitur verſus de caritate. Diligā te dñe fortitudo mea ⁊c. firmamentū meū ⁊c. In oratione vero petit caritatē. ſancti nominis tui ⁊c. In epla. Nolite mirari. j. ioh. iij. ca. habetur de vita eterna. p cui⁹ inuitū amor ꝯcipitur ⁊ ſequitur in fine de caritate Filioli nō diliga mus verbo neqꝫ lingua. ſed opere ⁊ veritate. Hec eſt lingua doloſa. qua dicūt amatores mundi Rogo te habe me excuſatū Dicunt etiā bonis ⁊ ſanctis viris. Rogate p nobis ⁊ tñ venire nō curāt. Et attende ꝙ pmi duo excuſant ſe. Per primū enī ſupbi intelligū tur. p ſecundū oēs qui delectant̄ in ꝗnqꝫ ſē ſibus corpis. p tertiū vero luxurioſi. q ſe nō ex cuſant qꝛ nō hñt cor. ſicut habet̄ in ozee. iiij. Fornicatio vinum ⁊ ebrietas auferunt cor. Magis enī abſorbet hominē fornicatio ꝗꝫ ſupbia vł auaricia. Quia ergo vt dictū eſt lingua taliū excuſantiū ſe. dicitur ling̃ dolo ſa. ideo eccła a lingua doloſa petit ſe libera ri in reſponſorio. Ad dñm cū tribularer cla maui. Et in verſu. Dñe libera ⁊c. Et qꝛ pfect⁹ eſt qui nō peccat in lingua. ideo ſcdo tono cantat̄. Poſt modū ſequitur alla ſilr de carita te. Diligam te dñe fortitudo mea ⁊c. Quia vero ꝯſideratione vite eterne cōcipit̄ caritas. viſa cena petit ꝯuerti in offertorio. Cōuerte re dñe. Et quia ibi cantabim⁹ vocaliter vt ait caſſiodorus ſup pſalm iſtā. oīs ſpiritus laudet dñm. nō erit ibi tantū cena. ſed etiā maxima ſolennitas Vñ in treñ. j. Vie ſion lugent. eo ꝙ nō ſint qui veniant ad ſolenni tatem. Ideo in poſtcōmunione premittit ſe cantaturū ibi dño dicens. Cantabo dño qui bona tribuit mihi ⁊ pſallam ⁊c.

## De dominica. III.

Tertia cā quare inflamamur ad defendendū regnū noſtrū. eſt cōſideratio beniuolentie dei qua nos cuſtodit et dilige̅ter querit. Ideo in euangelio hui⁹ tertie do minice. Erant appropinquantes. luce. xv. c. habet̄. Quis ex vobis hō habēs centū oues id eſt angelos et homines. ⁊ ſi pdiderit vnā ſcꝫ hominē. nōne relinquit nonagintanouem in deſerto. i. in celo. ⁊ vadit querere perditā ⁊c. Aut que mulier hñs dracmas decē. ſ. an gelos ⁊ hoīes. ⁊ pdit vnā. ſcꝫ hominē ī quo imaginē ſuā depinxerat. nōne accēdit lucer nā. i. naturā humanā. in qua lumē deitatis poſuit. vnendo ſe ei. ⁊ querit diligenter do nec inueniat. ⁊ cū inuenerit ꝯuocat amicos ⁊ vi cios dicēs eis. Cōgratulamini mihi qꝛ inue ni dracmā quā pdiderā. Ita dico vobis gau diū eſt in celis angelis dei ſup vno pec. pe. agen. Ecce quanta eſt beniuolētia dei erga nos Iſta beniuolentia accendit in nobis ca ritatē. Quia vero ad nuptias eternas nō in trant ſupbi neqꝫ luxurioſi neqꝫ auari vt p miſſū eſt. ideo introit⁹ hui⁹ dñice eſt Reſpi ce in me ⁊c. ⁊ dicit. Vide humilitatē meā cō tra ſupbiā. et laborē meū ꝯtra luxuriā qꝛ inops ⁊ paup ſum. ego ꝯtra auariciā Et ꝓ pter pdicta monet nos petrus ad humilita tem dicens in epla pma. vlt. c. Humiliami ſub potenti manu dei vt vos exaltet ⁊c. Et poſt ſequit̄ ibi Sobrij eſtote ⁊ vigilate ī orō nib⁹ quoniā aduer. v. dy. tā. le. ru. cir. q. quē de. Et quia tantā curā hꝫ domin⁹ de nobis ideo in graduali inuitat nos eccła dicēs Ia cta cogitatū tuū in dño. et ipſe te enutriet. Verſus eſt. Dum clamarē ad dñm ex. vo. meā ⁊c. Alla eſt. Domine refugiū Offerto riū eſt Sperent in te oēs qui nouerūt te ⁊c. qꝛ de ſperantibus in ſe habet curam. Quia vero dñs nō inuenit niſi qs peniteat. cū vero quis penitet ad dñm clamat. ideo ſequitur poſtcōmunio Clamabo. Rurſus hoc offi cium eſt de penitente. ſicut apparet ex ipſa cō munione et ex euangelio. vbi p dauid intel ligitur quilibet penitens ideo etiam dicitur Gaudiū eſt in celo ſup vno peccatore peni. agen. ⁊c. et ex introitu et alijs. et iō cantat̄ circa feſtū iohannis baptiſte. qui legit̄ populum ad pniam ꝓuocaſſe.

## De dominica. IIII.

Quarta cauſa qua defendimus regnū noſtrū ſūt opa miſericordie. Vñ in euangelio luce. vj. qd le gitur in hac quarta dominica in quibuſdā

ecclijs dr. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et post sequit. Mēsuram bonā ꝛ ꝯfertā. ꝛ coagitatā ꝛ supeffluētem dabūt in sinū vestrū. Quia vō nō pōt hō opa misericordie facere nisi pri⁹ illumīetur a deo. ideo incipit introit⁹ Dñs illuminatio mea. Et qꝛ p opa misericordie ē ecclia terribil' vt castroꝝ acies ordinata. sicut dicit in canticis cāticoꝝ. sequit vsus Si exurgāt aduersū me castra nō timebit cor meū. et si exurgat in me pliū ꝛc. Et postea petit in collecta misericordiā ꝛ grām dandi elemosinas cū dicit. Protector in te sperantiū de⁹. ꝛc. In epl'a vō Existimo enī ad ro. viij. cap. ōnditur premiū vbi dicit aplus. Nō sūt cōdigne passiones huī⁹ tpis ad futurā gliam que reuelabit in nobis. Et post sequitur Et ōis creatura ingemiscit. expectās reuelationē filioꝝ dei. Et vt hanc gloriam ecclia possit adipisci petit in responsorio veniā de peccatis Propici⁹ esto peccatis nostris dñe. Sequit all'a. In te dñe speraui. qꝛ in se sperantibus ppici⁹ est. Vñ psalmista. Quoniā in me sperauit liberabo eū. Adaptant etiā iste quattuor pcedentes dñice q̄ttuor libris regū sic. In pmo ei libro habet. quō dauid inimic⁹ fuit. Vñ in prima dñica incipit introit⁹ Dñe in miscdia tua speraui. Et in responsorio habet. Et vnxit me vnctione misericordie sue ꝛ oleo exultationis Vñ sequit in introitu. Exultauit cor meū in salutari tuo Et ita ostendit se vnctū oleo leticie p misericordiā dei. In scdo libro habet quō liberat⁹ fuit ab inimicis ꝛ vnct⁹ bis. vt haret latitudinem regni Vñ in secūda dñica incipit itroitus Fact⁹ est dñs ptector me⁹. ꝛ eduxit me in latitudinē vt late regnarē. In tertio libro habet quō mortu⁹ fuit. Vñ in tertia dñica vtit ecclia voce decedētiū dicens Respice in me ꝛ miserere mei. et in vsu. In te dñe spaui In quarto libro habet de pphetis. q̄ illuminati sunt a deo. vt viderent ventura. et ideo in quarta dñica dr in introitu. Dñs illuminatio mea.

### De dominica. V.

Quinta cā qua defendim⁹ et obtinem⁹ regnū nostrū est pax cū inimicis ecclie ꝛ patientia in aduersis. ad quā inuitat beat⁹ petr⁹ in epl'a huius q̄nte dñice. Omnes vnanimes. pma pe. iij. ca. dicens Nō reddentes malū p malo ꝛc. Vnd in euangelio habet de reti petri. Sed multi sūt qui rumpunt rete beati petri. i. ꝯcordiā et vnitatē fraternā. ꝛ ideo in psona tolerātiū incipit introit⁹. Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te ꝛc. Versus est Dominus illuminatio mea ꝛc. Illuminatus enī a deo saluat ab hostib⁹. qꝛ sperat in eo Pro predicta aūt pace cū inimicis ecclie impetranda orat ecclia in collecta dicens. Da nobis q̄sumus dñe vt et mundi cursus ꝛc. In aliqb⁹ tñ ecclijs dr. De⁹ q̄ diligentib⁹ te. Sequitur euangeliū. luce. v. ca. Cū plurime turbe irruerēt in iesum ꝛc. vbi sequit. Preceptor p totam noctē laborantes nihil cepim⁹. Tales q̄ laborant in nocte et nihil capiūt sūt qui p terrenis pdicant. Sequit In vbo autē tuo laxabo rete. Hoc facit qui habet sciam ꝛ vitam. Talis enī ꝯcludit multitudinē pisciū copiosā. Vñ in pncipio tot capti sūt boni et mali. qꝛ rete rumpit. p qꝺ significat qꝛ ecclie vnitas in hac vita rumpitur quibusdā Sꝫ post resurrectionē capti sūt multi. ꝛ tñ non est scissum rete p qꝺ significant boni q̄ non scindunt vnitatē ecclie. Et ideo i offertorio dicit ecclia se laudare deū. q̄ quantū ad bonos filios dedit et intellectū vt non rumpat rete. i. vnitatem ecclie. Benedicā dñm q̄ mihi tribuit intellectū In ꝯmunione vō dicit eccl'a se optare vnitatē ꝛ hanc petere a dño. Unam in quit petij a dño. licet enī plura petat quotidie tñ dr vnū petere. quia ad vnū finē. i. ad habendū deū oīa petenda petit. Et hoc est qꝺ ibi sequit. Hanc requiram vt inhabitem in domo dñi oībus dieb⁹ vite mee Hoc ideo dicit. qꝛ tūc legit parat. i. vba dierū q̄ hꝫ eādē materiā cū libro regū. ꝛ sigficat qꝛ q̄ in dieb⁹ suis bñ rexerit se habebit dies eternitatis. Et attēde qꝛ hoc officiū cātat circa festū beati iacobi q̄ sicut dicit in euangelio relictis retib⁹ secut⁹ est dñm. ꝛ fact⁹ est piscator hoīm. i. supplantator re ꝛ noīe vicioꝝ.

¶De dominica .VI.

Quia uero non valent oia p̄dicta. niſi fiat etiā plena iuſticia fidei. ⁊ in nouitate vite. io in hac ſexta dn̄ica legit̄ ſcd̄us liber paralipomenō. vbi habet̄ q̄ ꝯfortauit dn̄s ſalomonem. ꝑ quod ſignificat̄ q̄ dn̄s ſpūaliter ſuos ꝯfortat dando eis fortitudinē. ideo dr̄ in officio hui⁹ dn̄ice Dn̄s fortitudo plebis ſue. ⁊ ꝓtector ⁊c. Verſus eſt. Ad te dn̄e leuaui aīam meā q̄r ab ipſo eſt oīs fortitudo. et tūc bene regim⁹ regnū noſtrū. qđ maxie fit ſi tendat hō ad ꝓmiſſiones dei. Vn̄ dr̄ in oꝛōne De⁹ q̄ diligentib⁹ te bona inuiſibilia p̄paraſti ⁊c. In ep̄la aūt Quicūq; baptizati ſum⁹ ⁊c. ad ro. vi. ca. hortat̄ nos paul⁹ vt i nouitate vite ambulem⁹. aliter enī nihil valent alia. Et vt hoc poſſim⁹ orat eccl'a in rūſoꝛio. Conuertere dn̄e aliq̄ntulū ⁊c. Ille vō q̄ ambulat in nouitate vite p̄parat ſe ad laudandū deū in p̄ñti ⁊ in futuro. Vn̄ ſeq̄tur all'a. Te decet hymn⁹ de⁹ in ſion. Ad hanc oꝛōem vel ꝑfectionē hortamur in euāgelio math. v. c. Niſi abundauerit iuſticia vr̄a ⁊c. Et ſequit̄ ibi. Si offers munus tuum ante altare ⁊c. Et q̄r nō poteſt hō hoc facere ſine auxilio dei. ideo orat in offertorio. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis ⁊c. Et q̄r talis ꝑt offerre. ideo ſequit̄ in poſtcommunione. Tollite hoſtias.

¶De dominica .VII.

Sequitur ſeptīa dn̄ica in q̄ legunt̄ libri ſalomonis. vt ꝑabole. eccl'ſ. cantica liber ſapie. quē philo ꝯpoſuit ⁊ eccl'aſtic⁹ quē ieſus fili⁹ ſirach edidit. ⁊ tñ ſalomoni attribuitur. Hi libri q̄ ſunt de opib⁹ ſapie ſalomonis. legunt̄ a kalendis auguſti vſq; ad kalendas ſeptēbris. q̄r menſis iſte calid⁹ eſt. ⁊ eſtū ſignificat vicioꝝ. i. q̄ nos opꝫ ſapiēter regere ſicut in medio natōis praue ⁊ ꝑuerſe Vel q̄r menſis iſte ſc; auguſt⁹ ſext⁹ eſt. Vn̄ ſextil' ante auguſtū ceſarē vocabat̄ ⁊ ver⁹ noſter ſalomon in. vi. etate venit qui fecit vtraq; vnū. qui fuit dei vt⁹ ⁊ dei ſapia q̄ docuit nos ſapiēter viuere ⁊ docere. Hic eſt xp̄c rex regū. q̄ ſeptē panib⁹ ⁊ paucis piſcib⁹. vt legitur in euāgelio hodierno. ſanauit eosq; de lōge venerāt. ⁊ eū triduo ſuſtinuerāt. Rurſus in hac dn̄ica incipit eccl'ia ꝑabolas ſalomonis. Poſt feſtū enī trinitatis legit̄ liber regū. q̄nīā hō q̄n trinitatis ſilitudinē hꝫ. fit rex et ſacerdos Vn̄ ꝓponunt̄ ei exēpla de regib⁹ ⁊ ſacerdotib⁹. ſic ſub p̄ma domica dictū eſt. Poſtea vō ſequunt̄ libri doctriales. ꝓponunt enī exēpla doctrinis. q̄r pl⁹ mouēt facta q̄; dicta. Actuū. i. Cepit ieſus facere ⁊ docere Et ſic ordinantur libri ad ſe inuicem vt p̄cedant libri exemplares regū ⁊ paralipomenon. ⁊ ſequunt̄ libri doctrinales ſalomonis. Que doctrina eſt refectio ſpūal' de qua habet̄ in euāgelio hui⁹. vij. domīce. de hoc dicet̄ ſub domica. xj. ⁊. xx. Et q̄r huic doctrine bonis opibus reſpōdere debem⁹. incipit introitus. Omnes gentes plaudite manibus. Et beat⁹ paulus inuitat nos in epiſtola ad ro. vi. ca. vt reſpōdeam⁹ illi doctrīe ſeruiendo deo dicēs. Humanū dico ꝓpter infirmitatē carnis vr̄e. Vnde et in quibuſdaꝫ eccl'iis ſequit̄ reſpōſorium Beata gens cui⁹ ē domin⁹ de⁹ eoꝝ. i. q̄ deū hꝫ p̄ domino ei ſoli ſeruiendo. Et ſequit̄ v̄ſus. Verbo domini. i. doctrina domini celi firmati ſunt. i. maioꝛes. ſicut ap̄li et alij ſancti. Sequit̄ in quibuſdā eccl'iis all'a Attendite popule meus legem meā. Lex eſt illa refectio. Illa aūt refectio oſtendit̄ in euāgelio mar. viij. Cū turba plurima ⁊c. Et eſt notandū q̄ ibi dicitur q̄ quidam de longe venerūt ſc; illi q̄ de peccatis enoꝛmib⁹ redierūt ⁊ penituerunt Qui enim in peccato moꝛtali eſt nō habet quid mādūcet. Erāt aūt quattuoꝛ milia ſc; habētes q̄ttuoꝛ cardinales v̄tutes. ⁊ comederūt ⁊ ſaturati ſūt. q̄r lex domī ſatiat Et remāſerūt. vij. ſporte Septē ſporte ſūt p̄dicatoꝛes habētes. vij. dona ſpūſſancti reficientes alios. In alijs vero eccl'iis legit̄ euangelium. Attendite a falſis ꝓphetis. Quia vō habēs hāc doctrinā videt in q̄nto piculo ſit ꝯſtitutus. videt enī ſe eē in fornace babilonis. ideo ī offertorio. Sicut holocauſtum ⁊c. daniel. iij. c. petit ſe liberari. ⁊ vtiſ voce triū puerorū

In poſtcōmunione vō. Inclina aurē tuā ⁊c. petit liberationē accelerari.

## De dominica. VIII.

**Sequitur octaua** dn̄ica. in qua docet nos eccleſia vitare omnē vanitatē. hic enī dꝫ eſſe effectus doctrine in nob̄. q꞉ doctrina docet nos fieri ſpūales ⁊ remoueri a carnalibꝰ deſiderijs ad ſilitudinē beate v̄ginis cuiꝰ feſtum inſtat. Vn̄ introitꝰ incipit. Suſcepimus de꞉ miſc̄diaꝫ tuā .i. filiū tuū ieſuꝫ xp̄m nobis ex miſericordia datū in medio tēpli tui .i. in ꝯuium eccl'ia tua ſc̄dm nomē tuum deꝰ. deus enī vbiqꝫ nominat̄. ſic ⁊ laus tua in fines terre .i. vbiqꝫ. Tēplū etiā eſt btā v̄go ī q̄ vere ſuſcepimꝰ dei miſc̄diaꝫ. vn̄ circa eiꝰ feſtū r̄onabilit̄ p̄ns cantamꝰ officiū cū ſit tēplū dn̄i ⁊ ſacrariū ſpūſſancti. Seq̄tur ep̄la ad ro. viij. ca. Debitores ſumꝰ nō carni. vt ſm carnē viuamꝰ ⁊c. in q̄ docemur ꝯculcare omnem carnalitatem. ⁊ ad oſtendēdum q̄ h̄ poſſumꝰ ſequit̄. Nō eīa accepiſtis ſpūꝫ ſuitutis iterū in timore. ſed accepiſtis ſpūm adoptionis filioꝝ q̄ guſtato deſipit oīs caro. Sꝫ q꞉ nō p̄nt hec fieri. niſi dn̄s p̄tegat. iō orat in graduali. Eſto mihi in deū p̄tectorē. Rurſus q꞉ nō p̄t h̄rē hec oīa. niſi q̄ gaudet in dn̄o. iō ſeq̄tur all'a. Exultate deo adiutori nr̄o. Gaudiū eīi ſpūale excludit omnē carnalitatē. Quia vō q̄dā ſūt caſti ⁊ hūiles. ſꝫ ficte. ab his docet caueri in euāgelio math. vij. ca. Attēdite a falſis p̄phetis. q̄ p̄tendunt caſtitatē ⁊ ſūt luxurioſi. Vel p̄pter hūanaꝫ laudeꝫ ſūt caſti. ſicut fatue v̄gines. qbꝰ dicit̄ Amē dico vob̄ neſcio vos. Sꝫ dn̄s hūiles vere ſaluat. Vn̄ ſeq̄tur offertoriū. Populū humilē ſaluū facies dn̄e ⁊ oculos ſuperboꝝ hūiliabis. Quia vō p̄ delicias ſpūales oīa ꝯculcamꝰ. iō d̄r in poſtcōmuniōe. Guſtate ⁊ videte q̄niam ſuauis eſt dn̄s ⁊c.

## De dominica. IX.

tot reglãres hꝫ ille mẽſ cui ſeruit illa dictio
Verbi grã. Eſt. eſt ꝑma dictio ⁊ ſuit ꝑmo
mẽſi ſcꝫ martio. ⁊ e. eſt ꝑma lrã iſtiꝰ dictõis
eſt. et eſt q̃nta ĩ alphabeto. ergo martiꝰ hꝫ. v
regulares. Itẽ aſtris ẽ ſcḋa dictio et ſeruit
ſcḋo mẽſi ſcꝫ aprili. et a eſt ꝑma lrã iſtius di
ctionis. q̃ lrã eſt ꝑma ĩ alphabeto. ergo apl̃
hꝫ vnũ regularẽ. et ſic de alijs. Nũc dica-
mus de ꝯcurrẽtibꝰ. Dicit̃ ãt ꝯcurrẽs quia
ſibiĩnuicẽ ꝯcurrũt. ſic̃ videbit̃ ĩ formatõe. vl̃
ideo q꞉ ꝯcurrũt cũ reglãribꝰ ad mõſtrãdũ
initialẽ feriã menſiũ ſingulis annis. Eſt ãt
ꝯcurrẽs ſuperexcreſcẽtia vniꝰ diei vel plurũ
ſup q̃nquaginta duas ſeptimanas ãni ſo-
laris. Idõ dixi vel plurũ. q꞉ in ãno biſſexti
li ſuperexcreſcũt duo dies. In alijs võ vnus
tantũ. et ab illa ſuperexcreſcẽtia hñt originẽ
ꝯcurrẽtes. Alij võ ꝯcurrẽtes q̃ ſequunt̃ pꝰ
ꝑmũ formãt̃ vno addito ſingulis terminis
ſiue ãnis. ſic tñ ꝙ ſeptenariũ numerũ nõ ex
cedãt. q꞉ nõ ſũt niſi ſepteꝫ ferie. ⁊ q̃ñcũq̃ꝫ eſt
ſeptimꝰ ꝯcurrẽs illo ãno mẽſes hñt eadem
ꝑncipia. q̃ in ꝑmo anno mũdi ſeu ſcl̃i habue
rũt. quelibet eñ feria diſtat ꝑ ſeptenarium
a ſemetipſa. Cõcurrẽtes enĩ in hac linea de
mõſtrãt. j. ij. iij. iiij. vj. vij. j. ij. iiij. v. vj. vij. ij. iij
iiij. v. vij. j. ij. iij. v. vj. vij. j. iij. iiij. v. vj. Nam ꝑ-
mus ãnꝰ cicli ſolaris hꝫ vnũ ꝯcurrẽtẽ. ſcḋs
duos. tertiꝰ tres. q̃rtꝰ q̃ttuor. q̃ntꝰ ſex. ꝓpter
biſſextũ. ſextꝰ ſeptẽ. ſeptimꝰ vnũ. q꞉ vltra ſe-
ptenariũ nõ ꝓcedit̃. ſꝫ reuertit̃ ad vnũ. ⁊ ita
debẽꝰ ꝓcedere vſq̃ꝫ ad. xxviij. ãnos. tunc re-
uertimur ad ꝑmũ annũ cicli. ⁊ ꝓcedimꝰ ſic̃
ꝑꝰ. Vñ tranſcurſus. xxviij. annoꝝ vocat̃
ciclꝰ ſolaris. vel ꝯcurrẽtiũ. Et ḋr ciclꝰ q̃ſi cir-
culus ꝑ ſiliſitudinẽ. Si ãt volumus ſcire
q̃tus ſit annꝰ cicli ſolaris. debemꝰ diuidere
ãnos dñi ꝑ. xxviij. q̃tiẽs poſſumꝰ et addere
illis. ix. anteq̃ꝫ diuidamꝰ. q꞉ q̃ñ xp̃s natꝰ fu
it tantũ iã ꝓceſſerat ille ciclꝰ. et q̃tus annus
remãſerit ſupra diuiſionẽ annoꝝ totus erit
ciclus. et ſi nullꝰ remãſerit. tũc ſumꝰ ĩ vltĩo
anno cicli ſolaris. Vñ verſus. Annis adde
nouẽ dñi ꝓtrire ꝑ octo Uiginti. ciclꝰ ſic tibi
notꝰ erit. Poſſumꝰ etiã ſcire ꝯcurrẽtes cu-
iuſlibet anni ꝑ lrãm dñicalẽ illiꝰ anni ſicut
declarãt verſiculi ſubſeq̃ntes. A ſex. b. q̃nq̃ꝫ
c. q̃ttuor e. duo. tres d. Primꝰ ꝯcurrẽs. f. lrã
ſeptimꝰ eſt g. Hoc eſt dicere. ꝙ q̃ñ a. ẽ lrã
dñicalis in illo anno ſũt ſex pro ꝯcurrente.

qn̄ b. q̄nq3. qn̄ c. q̄ttuoꝛ. qn̄ e. duo. qn̄ d. tres.
qn̄ f. vn9. qn̄ g. ſepte̅. Jnuēto aūt ꝯcurrente
debe9 eū iūge̅ cū reglarib9 menſ. et ferią
kalendale̅. i. introitū ſcire volum9. ⁊ quota
fuerit illa ſūma ſi nō trāſcēdat. vij. tota ſiue
tali feria ſeptimane ille menſ īt͛rabit. Si ve
ro trāſcendat. vij. q̄tum fuerit reſiduū tota
feria ſeptimane ille menſ ītrabit. Sicut aūt
ꝯcurrētes. ita ⁊ dn̄icales lr̄e variāt. Nam ī
p̄mo anno cicli ſolaris eſt f. lr̄a dn̄icalis. in
ſcd̄o e. in tertio d. ī q̄rto c. ī q̄nto a. tūc eī ꝓpt͛
biſſextū ꝯtrāſit b. Q̄d bis v͛ſib9 declaratur
Fert ea dux coꝛam et gens fautoꝛ eū colu
it bis. Ars gen9 ē de coꝛde bono gignit fer9
eius. Dicta beata q. genus fons dat cunctis
bon9 auctoꝛ. In his v͛ſib9 ſūt. xxviij. dictiōes
xxviij. ānis cicli ſolaris ſuiētes. Pri̇a p̄mo
ſcd̄a ſcd̄o. ⁊ ſic ꝑ oꝛdinē ſupto initio a p̄mo
āno cicli. ita q̄ q̄cūq3 fuerit initialis lr̄a ali
cui9 iſtaꝝ dictionū. eadē erit lr̄a dn̄icalis il
lo āno cui fuit illa dictio. Verbi grā. Fert
eſt p̄ma dictio ⁊ fuit p̄mo āno cicli ſolaris
et f. eſt pri̇a lr̄a. ergo f. eſt lr̄a dn̄ical' in p̄mo
āno cicli ſolaris. ⁊ ſic de alijſ. Et nota q̄ ille
ān9 ē biſſextil'. cui deſuit aliq̄ dictio deſinēs
in t. et ita p̄m9 ān9 cicli ſp̄ ē biſſextil'. cū ei de
ſeruiat dictio deſinēs ī t. ſcz fert. ⁊ ꝓpt͛ h̄ pri
ma lr̄a dictōis deſinētis ī t. nō erit lr̄a dn̄i
calis ī illo anno cui fuit illa dictio. niſi a lo
co biſſexti vltra. q2 lr̄a dn̄icalis cū biſſexto
ſimul mutat͛. A kalēdis v͛o ianuarij p̄cedē
tiſ ipm̄ biſſextū vſq3 ad locū biſſexti erit lr̄a
dn̄icalis illa q̄ imediate ſeq̄t͛ i kalēdario p9
illā q̄ deberet ēē lr̄a dn̄icalis. Vn̄ i pri̇o an
no cicli f. eſt lr̄a dn̄icalis a loco biſſexti vſq3
ad kalēdas ianuarij ſeq̄ntis. A kal' v͛o ia
nuarij p̄cedētis vſq3 ad locū biſſexti g. ē lr̄a
dn̄icalis. ⁊ ita ī alijs. Annus aūt cui fuit illa
dictio ſciri p̄t ꝑ rōnem ſup9 dictā de ciclo
ſolari. Nam rō lr̄e dn̄ical' tūc currētis rōne
ſimili icipit ⁊ finit͛. Nūc aliq̄ d' īdictōe di
cam9. Eſt aūt indictio ſpaciū tp̄is q̄ roma
nus p̄nceps tributū gentib9 indicebat. Si
aūt volum9 ſcire q̄ta ſit indictio. debē9 adde
re tres ānos ānis dn̄i et poſtmodū diuide
ānos dn̄i ꝑ. xv. q̄tiēs poſſum9. ⁊ q̄t9 ān9 remā
ſerit facta diuiſiōe tota erit indictio. ⁊ ſi nul
lus ſupauerit. in vltīo āno indictōis ſum9
et tūc ad p̄mā indictōem reuertimur. q2 in
dictio nō trāſcēdit. xv. Vn̄ v͛ſus. Si tribus
adiūctis dn̄i diuiſeris ānos. Per ter q̄nq3
dat͛ indictio certificata. De īdictōe pleniuſ
diximus ī ſpeculo iudiciali ī tractatu d' īſtru
mētoꝝ editōne. §. i. v͛. poſt ānos. et ī fra. vbi
de ciclis aget͛. De era ſupra dictū eſt.

## De die.

Licet iam ſuperi9
in pleriſq3 locis de die tactū ſit ni
hilominus h̄ ſpecialiter dicendū ē q̄ duplex eſt
dies ſcz naturalis ⁊ artificialis ſiue vſualiſ
Naturalis ē ſpaciū q̄ ſol ducit͛ circa totā
terrā ab oriēte vſq3 ī occidentē. ſcz ſpacium
diei ⁊ noctis. q̄d ſp̄ cōtinet. xxiiij. horas. Et
dr̄ dies illa a dijs. q2 nomina romani q̄buſ
dā ſiderib9 ſacrauerunt. Vn̄ q̄libz dies ab
aliq̄ deo antiq̄t9 vocata ē. vt a ioue et alijs
ꝓut ſub ſeptiana dictū e. Vel dies dr̄ a dya
q̄d eſt duo. q2 ꝯtinet duo tp̄a noctē ſcz ⁊ diē
vſualē. Qn̄ aūt incipiat dictū ē ī ꝓhemio. vij
ꝑtis. Artificialis ē ſpaciū q̄ ſol moꝛat͛ ſup͛
noſtꝝ emiſperiū ab oꝛtu ſolis vſq3 ad occa
ſū. et h̄ ſcd̄m ſolis aſcenſū ⁊ deſcenſū creſcit
ꝑiter ⁊ decreſcit. Dicit͛ aūt dies. a dyan q̄d eſt
claritas. Et dr̄ vſualis ſiue artificialiſ. q2 ſo
lū h̄ tp̄s aptū ē vſib9 ⁊ artificijs exercendis.
Reliq̄ ꝑs diei naturalis dr̄ nox a noceo. q2
nocet viſui ⁊ vſui. et iō vocata ē dies a meli
oꝛi ꝑte ſine ꝯmemoratōe noctiſ. iuxta illud
Factūq3 ē veſpe ⁊ mane dies vn9. Rur
ſus ꝑtes diei ſūt tres ſcd̄m yſidoꝝ ſcz Mane.
meridies. et ſup͛ma. Mane ē lux matura ⁊
plena. nec iā crepuſculū. Meridies dr̄ q̄ſi
medidies. i. medi9 dies. vel q2 tūc purioꝛ di
es eſt. Sup͛ma ē poſtrema pars diei. Sero
dr̄ a clauſis ſeris. Noctis v͛o ꝑtes ſūt. vij.
ſ. veſper. crepuſculū. ꝯcubiū. itēpeſtū. galli
ciniū. matutinū. ⁊ diluculū. Veſpeꝝ dr̄ a ve
ſpe occidētali ſtella. q̄ tenebras ſeq̄ntes p̄ce
dit. ⁊ dicūt͛ tenebre q̄ tenētes vmbrā. Crepu
ſculū dr̄ dubia lux. ſ. īt͛ lucē ⁊ tenebras. Con
cubiū ē qn̄ iā hoīeſ ſilēt. Intēpeſtū ē mediū
noctis tp̄s. qn̄ nil agi p̄t ⁊ oīa ſilēt q̄ſi iopoꝛtu
nū. Gallicaniū dr̄ ꝓpt͛ gallos lucis ꝓnūcioſ

Matutinū ē int̄ abscessū tenebrarū ⁊ auro-
re aduētū. Diluculū d̄r q̄i iā icipiēs parua
diei lux ⁊ aurora q̄ solē p̄cedat. Est ei auro
ra dici clarescēs exordiū. Et nō q̄ dies alij
sūt siderales. i. q̄b⁹ sidera mouēt̄. ⁊ hoīes a
nauigatōib⁹ excludūt̄. alij plures de q̄b⁹ ī
libro regū q̄b⁹ reges solēt ad bella p̄cedere.
alij īterscalares q̄s scim⁹. xiij. mēsib⁹ super
eſſe. alij caniculares. alij solsticiales. alij eq̄-
noctiales. de q̄b⁹ iā p̄missū ē. alij fasti ī q̄b⁹
iura fant̄. alij nefasti eis ɔ̄rij. alij festi. i. festi
ui. vt sūt dies azimor. alij p̄festi q̄i p̄cul a fe
stis. vt feriales. alij mali. vñ apl's. Redimē-
tes tps q̄niā dies mali sūt. Quia ī eis plus
solito hoīes affligūt̄. Et ecōtrario sūt boni
Alij egiptiaci. d̄ q̄b⁹ p̄missū ē. Est et dies sa
lutis ī q̄ dn̄s venit ad saluādum. Est et dies
iudicij in q̄ dn̄s veīet ad iudicādū. q̄ erit bo
nis dies leticie. malis āt calamitatis ⁊ mise
rie. Momēn̄ vo ē minimū atq̄ angustū
tps a motu siderū dictū. ē ei extremitas ho
re ī breuib⁹ īteruallis cū aliq̄d sibi cedit atq̄
succedit b̄m ysiderū. Hora grecū nomē est
et tñ latinū sonat. ē ei finis tpis. Quot aūt
horas ɔ̄tinet dies natural' dictū ē ī p̄hemio
h⁹ p̄tis   Et nota q̄ ī mēse ianuarij nox hz
xvj. horas. dies. viij. In februario nox hz. xi-
iij. dies. x. In martio nox hz. xij. horas. dies
totidē In aplī nox hz. x. dies. xiiij. In maio
nox hz. viij. dies. xvj In iunio nox hz. vj. ho
ras. dies. xviij. In iulio nox hz. viij. dies. xvj
In augusto nox hz. x. dies. xiiij. In septem
bri nox hz. xij. dies totidē. In octobri nox hz
xiiij. dies. x. In nouēbri nox hz. xvj. dies. viij
In decēbri nox hz. xviij. dies. vj   Astrolo
gus m̄ curios⁹ p̄t horas alit̄ eq̄re. s; p̄missa
eq̄tio p vulgarib⁹ ⁊ simplicib⁹ sufficere p̄t.

## Incipit scd̄a pars d̄ āno lunari.

Sequitur secunda
ps d̄ āno lunari ī q̄ agit̄. Pr̄io q̄d
sit ann⁹ lunaris. ⁊ q̄t dies ɔ̄tineat.
Scd̄o d̄ reglārib⁹ lunarib⁹. Tertio d̄ epa-
cta. Quarto d̄ embolismo. Quīto d̄ aureo
numero. Sexto d̄ termino pascali ⁊ aliarū
mobiliū festiuitatū. Septīo de ciclis.

### Quid sit annus lunaris.

Annus lunaris di
cit̄ trib⁹ modis. Primo mō ann⁹
lunaris ē spaciū q̄ luna circuit to
tū zodiacū. q̄d q̄dez facit. xxvij. dieb⁹ ⁊. ix. ho
ris. Scd̄o mō d̄r ann⁹ lunaris spaciū q̄ lu
na circuit solē ab vna incēsiōe vsq̄ ad aliā
⁊ h̄ facit ī. xxix. dieb⁹ ⁊. xij. horis. Nā cū luna
sepat̄ a sole ad pagrandū zodiacū ⁊ postea
reuertit̄ ad eūdē pūctū ī q̄ dimiserat solē nō
īuenit illū ibi. q̄r sol iā tātuz p̄cessit suo motu
q̄ lūa laborat recurrere ad euz. siue attīgere
ip̄m duob⁹ dieb⁹ ⁊ tribus horis. Tertio d̄r
ann⁹ lunaris spaciū. xij. lunatōnū ī āno cō
muni ⁊. xiij. ī embolisinali. d̄ q̄b⁹ infra dicet̄
Cū ergo lunatio q̄lib; ɔ̄stet ex. xxix. diebus
et. xij. horis. q̄r nō curat ecclia d̄ minutijs. et
ex. xij. horis p̄cedētis lūatōis ⁊ ex. xij. seq̄ntis
ɔ̄stituit̄ vna dies natural' q̄ sp lunatōi p̄ce
dēti attribuit̄. ita q̄ lūatio p̄cedētis mensis sp
h̄eat. xxx. dies ⁊ seq̄ntis. xxix. nisi aliq̄d sit p̄p̄
bissextū vl' embolisinū. vel saltū lune. Vñ
vs⁹. Luna paris mens' nūq̄z tricesima fiet.
Impar terceno nūq̄z nisi fine carebit. Tpe
bissexti febri tricesima luna ē. Nā iulij lūa
tūc ē vicesima nona. Par mēs' d̄r q̄ nume-
rādo a ianuario per ordinē cadit ī numerū
parē vt februari⁹. apl'. iuni⁹. august⁹. octo-
ber. decēber. q̄r lūa no sp ē. xxix. dierū excepto
februario c⁹ lunatio ē. xxx. q̄n ē bissext⁹. Im
par vo ē q̄ ī numerū cadit ī parē vt ianuari⁹
marti⁹. mai⁹ iuli⁹. septēber ⁊ nouēber. q̄rū
lunatio sp ē. xxx. dierū excepto iulio. q̄ ī vltio
āno cicli lunaris p̄p̄ saltū lune hz tātū. xxix.
Ex his āt. xij. lunatōib⁹ ɔ̄stituūt̄ trecēti q̄n-
q̄ginta q̄ttuor dies ī āno lunari Et sic ān⁹
lunaris ī. xj. dieb⁹ excedit̄ a solari. ex q̄ exces-
su omīs varietas etatis lune ɔ̄surgit. ita q̄
vbicūq̄z fuerit lūa p̄ma ī p̄mo āno fit ī scd̄o
xj. p̄p̄ quā varietatez duo numerorū gene-
ra sunt inuenta regulares vicz et epacte. de
q̄b⁹ breuiter videamus.

### De regularibus lunarib⁹

Nunc videam⁹ de
regularib⁹. Et q̄dem regularis lu
naris ē numer⁹ inuariabilis datus mensi

adĩueniẽdũ lunã ĩ kalẽdis mẽſiũ ſinglor.
Habẽt ãt ortũ reglãres ab illꝰ q̃nqꝫ diebꝰ q̄
ſupſũt ĩ ãno ſolari ſupra trecẽtos ſexagita
dies. Vñ q̃nqꝫ reglãres dati ſũt ſeptẽbri.a q̊
annꝰ lũaris ſumit initiũ. Reglãres vº alio
rũ mẽſiũ ſic formãt. Iũge reglãres mẽſis
cũ diebꝰ eiꝰ.⁊ ab illa ſũma ſubtrahe lũatio-
nẽ eiꝰ.⁊ reſiduũ qd̄ remãſerit erit reglãris
illꝰ mẽſ. Verbi grã. Septẽber hꝫ.v.regula
res.⁊ dies eiꝰ ſũt trigĩta.q̃ ꝯiũcti reglãribꝰ
ꝯſtituũt.xxxv.⁊ lũatio ſeptẽbris ẽ trigĩta.q̃
ſubtracta remanẽt.v.q̃ ſũt reglãres ſeq̄ntis
mẽſ.ſ.octobris.⁊ ſic d̃ alijs vſqꝫ ad ſeptẽbrẽ
Nã egiptij ſuũ annũ ĩcipiũt a ſeptẽbri.⁊ iõ
nos annũ lunarẽ ĩcipiꝰ a ſeptẽbri. De regu
laribꝰ tradit̃ iſte v̇ſus Dic e.g.bis i.k.bis.⁊
poſt manet ordo.q̃ dicat. Dic e.bis q̃ ẽ q̃n-
ta ĩ alphabeto.i.p̃mis duobꝰ mẽſibꝰ ãni lu
naris dant̃.v.ꝑ reglãribꝰ Itẽ dic bis g.q̃ ẽ
vij.ĩ alphabeto.i.tertiꝰ ⁊ q̃rtꝰ mẽſis hñt.vij.
ꝑ reglãribꝰ Itẽ dic bis i.q̃ ẽ.ix.ĩ alphabeto.
id ẽ.q̃ntꝰ ⁊ ſeptimꝰ mẽſ hñt.ix.ꝑ reglãribus
Itẽ dic bis k.q̃ ẽ decĩa ĩ alphabeto.i.ſextꝰ ⁊
octauꝰ mẽſ hñt.x.ꝑ reglãribꝰ. Et nota ꝙ h̃
fit trãſitꝰ d̃ q̃nto ad ſeptimum.⁊ d̃ ſexto ad
octauũ.vt ptꝫ ĩ formãdo ipos reglãres. q̃a
ianuariꝰ ⁊ martiꝰ.ix.⁊ februarius ⁊ aplis.x
hñt.ſꝫ poſt manet ordo.i.maiꝰ.xj.iuniꝰ.xij.
iuliꝰ.xiij.auguſtꝰ.xiiij habẽt.

## De epacta.

Sequitur de epa-
cta. Eſt ãt epacta numerꝰ variabi
lis datꝰ ãno ad inueniendũ lunã
ĩ kal. cuiuſlibet mẽſ. Et dr̃ epacta ab epi q̃d
ẽ ſup ⁊ aucta q̃ ẽ ſupexcreſcẽtia ãni lũaris a
ſolari Iõ qꝫ ãnꝰ p̃mꝰ cicli lunaris nullã hꝫ
epactã.q̃r nullꝰ ãnꝰ p̄ceſſit a q̊.xj.accepiſſet.
Scd̄us vº hꝫ.xj.ꝑ epacta.q̃r epacta dicit̃ ab
illis diebꝰ q̃bꝰ annꝰ lunaris exceditur a ſo-
lari. Tertiꝰ vº annꝰ hꝫ.xxij.q̃r ſꝑ addũt̃.xj.
ſi nõ trãſcẽdat.xxx. Si vº trãſcẽdat.xxx.ab-
iectis illꝰ.xxx.reſiduũ erit epacta illiꝰ anni.⁊
iõ ĩ q̃rto ãno.q̃r ſũma aſcẽdit ad.xxxiij.abie
ctis.xxx.tres ſũt epacta illiꝰ ãni. Epacte vº
grece dicũt̃ latĩe adiectiões ãnue lunares.q̃
ꝑ numerũ vndenariũ vſqꝫ ad tricenariũ in
ſe reuoluũt̃.q̃s egiptij iõ adijciũt.vt lũaris
emerſio rõm ſolis coequet̃. Luna ei iuxta
curſũ ſuũ.xxix.ſemis dies lucere dinoſcit̃.⁊
et ſiũt ĩ annũ lunarẽ dies trecẽti q̃nq̃gĩta q̃t
tuor.remanẽt ad curſũ ãni ſolaris dies.xj.
q̃s egiptij adijciũt abſqꝫ his nõ ĩuenies lu
nã quota ſit ĩ q̃libet ãno mẽſe ⁊ die. Epacte
oĩm ãnoꝝ cicli lũaris ꝑ hãc tabulã dnotãt̃
ita ꝙ h̃ vbũ nulla rñdet p̃mo ãno.⁊ ſinguli
ſeq̄ntes numeri numeri rñdẽt ſingulꝰ ãnis
cicli vſqꝫ ad.xix. Nulla.xj.xxij.iij.xiiij.xxv.vj
xvij.xxviij.ix.xx.j.xij.xxiij.iiij.xv.xxvj.vij.xviij
Sꝫ hĩ vbẽt oñdit ꝑ hos v̇ſus. Annis adde
monos dñi.ptire ꝑ vn de Vigĩti.lũe ciclus
et inde ptꝫ. Hoc vult dicere ſi volumꝰ ſcire
q̊tus ſit annꝰ epactalꝰ ſiue cicli debẽꝰ diuide
ãnos dñi ꝑ.xix.q̊tiẽs poſſũꝰ ⁊ adde vnũ.q̃r
q̃n xp̄s natꝰ fuit tãtũ ꝓceſſerat ille ciclus.et
q̊ta fuerit ſũma q̃ remãſerit totꝰ erit annus
cicli epactalꝰ. Verbi grã. Hoc ãno ꝯputãꝰ
ãnos dñi mille ducẽtos octogĩta ſex.q̃r mil
le ducẽti ſeptuagĩta tres ſũt recte ꝑ.xix.diui-
ſi.ſupſunt.xiij.de p̄dicto numero.addito er
go vno ſiũt.xiiij Vñ h̃ ãno ẽ.xiiij.annꝰ cicli
lũaris.ĩ ãno ſeq̄nti.erit.xv.⁊ ſic vſqꝫ ad.xix.
poſtea redit ad p̃mũ. Et h̃ verũ ẽ ſm illos q̃
ĩcipiũt ꝯputare ãnos dñi a natiuitate xp̄i.
vel ĩ kalẽdis ianuarij.nõ ãt ſm eos q̃ illos
ĩmutãt ĩ kalẽd ſeptẽbris ⁊ faciũt ibi diuiſi-
onẽ. Nã tũc addẽdi ſũt duo ãni. Poteſt et
⁊ alit̃ iuenire epacta.vt ſi ſũmã q̃ remanet
d̃ p̄miſſa diuiſiõe ãnoꝝ dñi ꝑ tres iũcturas
pollicis numeremꝰ Si ei nũerꝰ finit̃ ĩ p̄ma
iunctura debẽꝰ emere vnũ de ipo numero.
Si ĩ ſcd̄a debẽꝰ addere.ix.ſi ĩ tertia debemꝰ
addere.xix.⁊ ſũma inde ꝓueniẽs ẽ epacta.⁊
h̃ ſi trigĩta ñ trãſeat. Si vº trãſiret abiectis
xxx.reſiduũ ẽ epacta. Vñ v̇ſus. Deme vnũ
poſt adde nouẽ.poſt dena nouẽqꝫ. Iuuẽ-
ta igit̃ epacta debẽꝰ eã iũgẽ cũ reglãribus
mẽſis cuiꝰ lunã volumꝰ inuenire.⁊ q̊ta fue
rit ſũma inde ꝓueniẽs tota erit luna ĩ kalẽ-
dis illꝰ mẽſis dummõ.xxx.nõ trãſeat. Si
vº.xxx.trãſierit abiectis.xxx.reſiduum erit
etas lune.⁊ ſi ſũma illa fuerit trigĩta ĩ kalẽ-
dis mẽſ tũc luna erit.xxx. Si ãt epacta nul-
la fuerit.puta ĩ p̃mo ãno cicli lunaris.⁊ ad

inueniendū lunā ſolꝰ ſufficit reglaris. Sꝫ q̄tiaꝫ epacta ꝛ̄rō qn̄qꝫ fallit ꝓpter emboliſ- mū ſeu ſaltū lune. ideo de ipo breuiter vide- amus.

## De emboliſmo.

# Circa emboliſmū

Siue lune ſaltū notandū ē ꝙ embo liſmꝰ grece iterp̄tat̄ latīe ſupaugmētuꝫ ſeu ſupercreſcētia anni ſolaris ſupra lunarem Quia ergo annꝰ ſolaris excedit lunarē in xj. diebꝰ. ex illo exceſſu ꝯſtituūt̄. vij. lūatōes i. xix. ānis cicli lūaris mltiplicatis ill̄. xj. die- bus. Et dicūt̄ lūatiōes emboliſmales q̄ruꝫ q̄libꝫ ē. xxx. dieꝝ ꝛ attribuūt̄. vij. ānis embo- liſmalibꝰ. ita ꝙ ī q̄libꝫ ciclo lūari ſūt. vij. em boliſmales. ꝛ. xij. cōes. Appellat̄ āt annꝰ em boliſmal̄ q2. xiiij. lūa p̄cedētis paſce vſqꝫ ad xiiij. ſeq̄ntis hꝫ. xiij. lūatōes ſiue. xiij. menſes lūares. i. trecētos octogītaq̄tuor dies et iſte ē annꝰ ſctō moyſi diuinitꝰ reuelatꝰ. Cōmu nis vō hꝫ tantū. xij. lunatōes. i. trecētos q̄n- q̄gītaq̄ttuor dies. q̄ꝝ diſpoſitōes ꝯtinet iſte v̄ſus. Cur fles has lacrimas odioſū querere tyrannū. In iſto v̄ſu ſūt. vij. dictōes. vij. an nis emboliſmalibꝰ ſuiētes. p̄ma p̄mo. ſcd̄a ſcd̄o. ꝛ ſic ꝑ ordinē. ita ꝙ q̄ta ē p̄ma lrā alicꝰ iſtaꝝ dictōnū ī alphabeto totꝰ ānꝰ cicli epa ctalis erit ānꝰ emboliſmalis. Uerbi gratia Cur ē p̄ma dictio ꝛ ſuit p̄ma āno emboliſ mali. ꝛ c. ē p̄ma lrā illꝰ dictōis q̄ ē tcia in al phabeto. ergo tertꝰ ānꝰ cicli lūaris ē embo liſmal̄. ꝛ ita de alijs. Hꝫ obſeruato ꝙ hꝫ dictio has dꝫ ſcribi cum h. Et dr̄ ānꝰ cōis q2 ſepe duo ita ꝯiūcti īncedūt vt inuicē ſe ī paſca li ſolēnitate ſeq̄nt̄. Emboliſmal̄ vō ſp ſolꝰ ē Ordo āt iſtoꝝ annoꝝ cōmunū ꝛ emboliſ maliū patꝫ ī linea ſubſeq̄nti. ¶ Cōmunis cōis emboliſmal̄. cōis cōis emboliſmalis. cōis emboliſmal̄. cōis cōis emboliſmalis. cōis cōis emboliſmal̄. cōis emboliſmalis. cōis cōis emboliſmal̄. Habito āt āno em- boliſmali. poſſūꝰ ſcire ī q̄ mēſe lūatio embo liſmal̄ ꝯtīgat ꝑ hūc v̄ſū. Nobilis ibo ciboū mō liber habeto coeuū. In iſto v̄ſu ſūt. vij dictiones. vij. mēſibꝰ ſuientes. in q̄bꝰ cōtin gunt lunatōnes emboliſmales in prefatis ſeptē annis. p̄ma p̄mo. ſcd̄a ſcd̄o. et ſic ꝑ or- dinē. ita ꝙ quota erit p̄ma lrā alicꝰ iſtaruꝫ dictionū in alphabeto. toto menſe illꝰ āni cui ſeruit illa dictio ꝯtingit lunatio embo- liſmalis. Item quota erit p̄ma lrā ſcd̄e ſyl- labe in alphabeto. tota die mēſis incipit lu- natio emboliſmalis. Uerbi grā. Nobilis eſt p̄ma dictio et ſeruit p̄me lunationi que ꝯtingit in tertio anno cicli lunaris. et n. eſt p̄ma lrā hꝰ dictionis. et eſt. xij. in alphabeto ergo in. xij. menſe ꝯtingit lunatio emboliſ- malis. Item b. eſt p̄ma lrā ſcd̄e ſillabe ꝛ eſt ſcd̄a in alphabeto. ergo in ſcd̄a die illꝰ mē- ſis incipit illa lunatio. et ſic de alijs. Si aūt velis plenius illꝰ rei veritatem inquirere. recurre ad epactā et reglares illꝰ anni d̄ q̄ vis ſcire et inuenies ita eſſe. Nūc videāꝰ vbi fallat epacta iuncta regularibꝰ propter emboliſmum ſeu ſaltum lune. Circa quod nota. ꝙ licet in ciclo lunari ſint. vij. anni em boliſmales. vt ſuperius dictum eſt. non tn̄ fallit epacta. niſi ī tribus ſcilicꝫ ī. viij. xj. ꝛ. xix Unde verſus. Octauo vndeno poſtremo fallit epacta. In quo aūt loco vel menſe et in quot locis fallat epacta iuncta regulari- bus his verſibus denotat̄. Iulius indenis ter. maius octo vicenis. Biſſextus niſi ſit mars peccat in vn detricenis. In totidem maiꝰ. auguſtꝰ vō duobꝰ. Hoc eſt dicere ꝙ in. viij. anno cicli lunaris fallit epacta cum regularibꝰ in maio et iulio. quia in kalen̄. maij cum luna deberet eſſe viceſima octa- ua. ſm̄ epactam. nō repit̄ niſi. xxvij. ꝑꝑt̄ em- boliſmū. Item fallit in kl̄. iulij eodē anno. q2 tūc luna deberet eſſe. xxx. ſm̄ epactam. tn̄ non reperit̄ niſi. xxix. ꝓpter emboliſmū. vbi credendū eſt emboliſmo et nō epacte. Itē in. xj. anno fallit epacta. q2 in kalen̄. martij ſm̄ epactam deberet eſſe luna. xxix. ſꝫ ꝓpter emboliſmū reperitur tantū. xxviij. Uerum tamē ſi in illo anno fuerit biſſextꝰ tunc cor- rigitur ille error. quoniā ꝓpter biſſextū ad- ditur vna dies. Item in. xix. anno fallit epa cta in duobꝰ locis. Nam ſm̄ epactā lūa de beret eſſe. xxix. in kalendis maij. ſed propter emboliſmum nō reperitur niſi. xxviij. et in

eodē āno fallit ī kal'. auguſti. q2 ſm̄ epactā
luna deberet ibi eē ſcda. ſȝ ꝓpṫ ſaltū lune ibi
tertia iuenit̄. q2 luna nō iulij q̄ deberet eē .xxx.
ī illo āno ē tantū .xxix. ⁊ hoc̄ igit̄ ꝓpṫ errorē
nr̄i cōpoti. ⁊ tū ānn⁹ lunaris ī .xj. dieb⁹ ex
cedit̄ a ſolari. De ſaltu lune tradit̄ ille vſus
Luna facit ſaltū q̄n tilis luce ſupma. Re
trocedit eī luna vna die ſic dixim⁹ ꝓpṫ erro
rē nr̄i cōpoti. vt in ſequēti āno in kl'. ſeptem
bris luna redeat ſicut debet. Niſi enī ſaltus
lune colligeret̄ contingeret error vt in .xiiij.
ciclis diceret̄ luna pͥma qū eſſet plenilunū.
Colligit̄ aūt ſic iſte dies. Quelibet ē̄ luna
tio ad hoc vt lunatōnes ſint equales habe
ret .xxix. dies et dimidiam minus quattuor
momētis ⁊ vna vncia ⁊ vno athomo. Sūt
aūt in ciclo ducēti triginta q̄nq3 lunatōnes
erūt ergo q̄ter tot momēta q̄ ſūt ī vniuerſo
nōgenta q̄dragīta. q̄ diuiſa ꝑ q̄dragīta cō
ſtituūt .xxiij. horas ⁊ dimidiam. Poſtea ex
ducēnis triginta q̄nq3 vncijſ ꝯſtituūt .xix. mo
mēta ⁊ remanēt .vij. vncie. Et ex ducētis tri
ginta q̄nq3 athomis ꝯſtituūt̄ .v. vncie. q̄ vn
cie cū ſeptē p̄orib⁹ faciūt vnū momentū qd
iūctū ad .xix. momēta p̄habita facit dimidi
am horā. q̄ iūcta cū alijſ .xxiij. ⁊ dimidia fac̄
vnā diē. q̄ ſubtrabit̄ vltimo āno a lunatiōe
iulij. et dr̄ ſalt⁹ lune. Poteſt etiā facilius h
mō colligi. Ann⁹ lunaris cōſtat ex trecētis
q̄nquagīta q̄ttuor dieb⁹ minuſ vna hora
et q̄rta pte vni⁹ hore. et ſeptuageſima ſexta
parte q̄rte vni⁹ hore. ergo ī .xix. ānis hn̄t .xix.
hore ⁊ .xix. q̄rte horarū et .xix. ſeptuageſime
ſexte ptes q̄rte vni⁹ hore. q̄ faciūt ī .xix. ānis
q̄rtā ptē vni⁹ hore. ⁊ ita erūt .xx. q̄rte horarū
q̄ faciūt .v. horas que iūcte .xix. horis p̄cha
bitis faciūt vnā diē. Eſt igit̄ ſalt⁹ lune q̄
dam dieſ collectus ī .xix. ānis ex eo ſupfluo
qd dat̄ lunationib⁹. Et dr̄ ſalt⁹ lune non ꝙ
luna magis ſaltat illa die q̄ȝ alia. ſȝ q̄a nos
lunā ꝯputātes diē illā ſup quā in alijs ānis
lunatio iulij dr̄ triginta ſalim⁹ ſiue ꝑtermit
tim⁹. nō ꝯputātes lunā ī vltīo āno cicli de
cēnouēnal'. niſi viceſimānonā. Jdō āt ſub
trabit̄ dies illa a lunatōe iulij ī vltīo āno ci
cli decēnouēnal'. q2 iuli⁹ ē vltim⁹ ī āno epa
ctali inṫ mēſes hn̄tes .xxx. dies ī lunatōe. vn̄
vltīo āno lunatio iulij n̄ ꝯputat̄ .xxx. ſȝ .xxix.
⁊ idō aure⁹ numer⁹ illi⁹ āni ſcȝ decēnouēnal'
q̄ȝuis creſcat ſequit̄ ſine īteruallo minorē
et ꝑ ꝯñs in alijs menſibus ſeq̄ntib⁹ vſq3 ad
ianuariū ſicut infra dicet̄. Salt⁹ ergo lune
facit duas lunatōes pariter eſſe .xxix. dierū
Ad p̄fatos ergo errores facilius corrigen
dos inuent⁹ eſt aureus numerus de q̄ bre
uiter eſt videndum.

## De aureo numero.

Aureus numerus
ille ē q̄ ponit̄ in kalēdario q̄ ī q̄libȝ
menſe indicat lunā pͥmā. ad p̄fatos erroreſ
facili⁹ corrigēdos inuēt⁹. Et dr̄ aure⁹ nume
rus ꝑ ſilitudinē. q2 ſic auru ſupat oīa me
talla ita iſte numer⁹ oēs alias rōnes luna
res excellit. quē iuli⁹ ceſar cum tanta dilige
tia dr̄ inueniſſe. q̄ incipiēs a q̄cūq3 anno ci
cli lunaris. vbicūq3 inuenit lunā pͥmā ī pri
mo anno cicli poſuit .j. in kalēdario ī latere
extrinſeco iuxta lrās feriales ſcȝ in quolibȝ
mēſe. et in ſcdo anno vbicūq3 inuenit pͥmā
poſuit .ij. ſcȝ ī q̄libet menſe. ⁊ in tertio .iij. ⁊ ſic
de alijs. et idō in kalēdis ianuarij ternarius
eſt numer⁹. q̄a ibi luna īuenit̄ tertio anno
pͥma. nec ibi debet poni ali⁹ numer⁹ q̄ȝ ter
nari⁹. q2 in nullo anno in kalendis ianua
rij luna eſt pͥma niſi in tertio anno cicli de
cēnouēnalis. Jn q̄buſdā tn̄ kalēdarijs nu
meri ipi deſignāt̄ ꝑ lrās alphabeti. Nā pro
vno ponit̄ ibi a. ꝓ duob⁹ b. ꝓ trib⁹ c. ⁊ ſic de
alijs numeris ⁊ lrīs ⁊ ſeriatim vſq3 ad lrāȝ
t. q̄ ē .xix. ī ordīe alphabeti. Format̄ āt au
re⁹ numer⁹ ab illo ternario q̄ ponit̄ in kal'.
ianuarij. Nā illis trib⁹ addūt̄ .viij. ⁊ ꝯſtitu
unt̄ .xi. q̄ nūer⁹ dȝ poni ī tertia lrā ianuarij.
Jtē illis .xi. addūt̄ .viij. q̄ ꝯſtituūt .xix. q̄ nūer⁹
dȝ poni cū īteruallo ī q̄nta lrā ianuarij. Jt
illis .xix. addūt̄ .viij. ⁊ ſic ſūt .xxvij. Sȝ q2 aure⁹
numer⁹ nō trāſit .xix. et idō abiectis .xix. reſi
duū ſcȝ .viij. dȝ poni īmediate p⁹ .xix. ⁊ ſic ꝑ
totū kalēdariū. Patȝ ergo ꝙ qn̄ maior nu
meruſ ſeqt̄ minorē. tūc dȝ īter vtrū q3 nume
rū dimitti vna lrā. ⁊ qn̄ minor ſeqt̄ maiorē.
tūc nulla dȝ lrā intmitti. Vn̄ vſ⁹ Dat trib⁹
octo cauēs ſupet ne dena noueq3. Maior

ſit tern⁹ minor aure⁹ eſto ſcd̄s. Uerū̄ formatio illa fallit ī oī m̄ſe c⁹ lunatio eſt .xxix. dierꝝ .ſ. ī februario aplī iunio auguſto octobri ꝛ decebri. ī qb⁹ poſt minorē nūmerꝫ maior imediate locat⁹ ſeqt̄ circa p̄ncipiū m̄ſis. qd̄ patz ī h̄ v̄ſu. Suſpenſe breuis lune febr⁹ eſt ars dat cito ganger. In iſto v̄ſu ſunt ſex dictiones ſex m̄ſib⁹ deſuiētes q̄rꝫ lunatio eſt xxix. īcipiēdo ī medio v̄ſu. vbi dicit febr⁹ us. ita qꝫ q̄cūqꝫ fuerit initialis lr̄a alic⁹ iſtarꝫ dictionū. ſup eadē lr̄a ī kalēdario maior numer⁹ ſeqt̄ minorē ſine ſpacio. i. nulla lr̄a dimiſſa ī illo menſe cui ſuit illa dictio. Uerbi grā. Febr⁹ us eſt p̄ma dictio et ſuit p̄mo m̄ſi cui⁹ lunatio eſt .xxix. ſcꝫ februario. et f. ē p̄rima lr̄a. ergo ſup p̄mum f. menſis februarij maior numer⁹ ſequit̄ minorem īmediate. Similiter ſup p̄muꝫ e. aplis. ꝛ ſic de alijs. ſꝫ ſup p̄mū g. decebris maior ſcꝫ .xiij. ſeqt̄ īmediate minorē ſcꝫ .ij. ꝛ ſup eadē lr̄a. qr̄ ē ibi duplex aure⁹ nūer⁹ qd̄ deſignat geminatō h⁹ lr̄e g. ī hac dictōe ganger. Itē fallit ī iulio et reliq̄s m̄ſib⁹ vſqꝫ ad ianuariū ī qb⁹ circa finē nūer⁹ .xix. ſeqt̄ īmediate ad .xj. numerū. Unde v̄ſus. Juli⁹ ꝛ reliq̄ q̄ reſtāt dena noueqꝫ. Jā ſūt vndeno. ſic ē rat⁹ aure⁹ ordo. Itē ſciendū ē qꝫ q̄ñ .xix. īmediate ſeqt̄ .xj. tūc octau⁹ q̄ ſeqt̄ dꝫ tertio loco poni. Unū v̄ſus Qn̄ ꝯtinuas vndenis dena noueqꝫ. Maiori tern⁹ tūc octonari⁹ eſto.

## De termino paſcali.

DE termino paſcali triplex dat̄ rō. Prima p claues moſaicaſ. Scd̄a p etatē lune. Tertia per tabulas manuales. de q̄rꝫ q̄lꝫ videndū eſt. Sꝫ p̄mo de clauib⁹. Et p̄mo videndū ē qd̄ ſit clauis et vn̄ dicat̄. et vn̄ habeat ortū. ꝛ ad quē ēta fuerit. Clauis ē nūer⁹ variabilis datus āno ad inueniendū p̄ncipia q̄nqꝫ mobiliū feſtiuitatū. ſcꝫ ſeptuageſime. q̄drageſime. paſchalis. rogationū et penthecoſtes. et ideo ſūt q̄nqꝫ claues. ꝛ q̄libet p̄dictorꝫ feſtorꝫ hꝫ .xxxv. dies in qb⁹ ſp celebrat̄. A ſcde aūt cuiuſlibꝫ clauis numerāt̄ dies .xj. vſqꝫ ad initiū ipoꝝ .xxxv. dierū. put h̄ infra patebūt. Et d̄r clauis p ſimilitudinē. qr̄ ſic p claues hoſtia reſerant̄. ita p talē numerū p̄ncipia dictarꝫ feſtiuitatū nob̄ denotāt̄. Habēt āt ortū iſte claues ē minorꝫ a .xix. annis cicli lunaris et .vij. dieb⁹ ſeptiane. Unū p̄ma clauis eſt .xxvj. Claues aūt alioꝝ ānoꝝ ſic formāt̄. addam⁹ eī ſp clauī p̄cedētis āni .xix. et ſūma inde p̄ueniēs erit clauis ſequētis anni ſi nō ſupat .xl. ſi v̄o ſūma illa ſupat .xl. abiectis .xxx. reſiduū erit clauis ſequētis anni. Uerbi grā. Clauis p̄mi āni ē .xxvj. cui ſi iūgant̄ .xix. erūt .xlv. vnde abiectis .xxx. remanēt .xv. q̄ nūer⁹ eſt clauis ſequentis anni. et ita formāt̄ vſqꝫ ad .xix. annos p ordinē. qr̄ n̄ p̄cedūt vltra .xix. numerꝫ. ſꝫ reuertūt̄ ad p̄orē. Unde cicl⁹ clauiū aurei nūeri et epactarū nō differūt q̄ntitate. differūt tn̄ p̄ncipio. qa ciclus epactarꝫ incipit a ſeptembri. cicl⁹ aūt aurei numeri et clauiū a ianuario. Unde ſi velim⁹ ſcire q̄tus ſit ann⁹ cicli ꝛ aurei numeri ꝛ clauiū. poſſum⁹ ſcire p diuiſionē ānonorꝫ dn̄i factā ſuperi⁹ ut ti. de epacta. Inuēto q̄tus ſit ann⁹ clauiū poſſū⁹ ſcire q̄ ſit clauis illi⁹ āni p hāc aliā rōnez. Nūer⁹ eī ille q̄ remanet d̄ diuiſiōe ānorū dn̄i nūerari dꝫ p ſūmitates .v. digitorꝫ inchoādo a pollice. et ſi nūer⁹ ēminat̄ ī pollice debē⁹ addere .xxv. et ſūma īde p̄ueniēs erit clauis illi⁹ anni. Si v̄o nūer⁹ finit̄ ī īdice. debē⁹ addere .xiij. Si in medio .xxxj. Si ī annulari .xix. Si ī auriculari .vij. Et ſi ſūma inde p̄ueniēs excelſerit .xl. abiectis .xxx. qd̄ remāſerit erit clauis. que additio his v̄ſib⁹ ꝯtinet̄. Uiginti q̄nqꝫ tredecim pl⁹ aſſe tricenos. Unde vicena epta digitis p clauib⁹ apta. Scd̄es qd̄ ē clauiū nūq̄ſ inueniūt̄ ī kalēdario niſi ſup hāc lr̄am g. Prima ergo g. ianuarij ē clauis ſeptuageſime. vltima g. eiuſdē m̄ſis ē clauis q̄drageſime. Et ſcd̄a g. martij ē clauis paſcalis. Tertia g. apl̄ē clauis rogatōnū. Ultīa g. aplis ē clauis pētecoſtes. Unū v̄ſ⁹ Ultīa g. p̄ma iani martiſqꝫ ſcd̄a. Apl̄ terna. tibi ſigt̄ ꝛ vltima clauē. Hoc ita ergo claue āni īcipe ꝯputare a ſede clauis ꝛ ꝯple illā ī dieb⁹ kalēdarij p ordinē p̄cedēdo ꝛ vbi ēminabit̄ ibi erit ēminus ſolēnitatis. ita qꝫ ſi p̄xīo die dn̄ico ibi ſequēti erit initiū ſolēnitatis c⁹ ē clauis. ſꝫ rogatōes incipiūt in ſeqnti die lune. ꝛ ſi fuerit

biſſextꝯ cuilibet claui eſt vna dies addēda.
Poſſūꝯ etiā ſcire paſcales termīos ꝑ etatē
lune cꝰ rōez ſeqmini iuxta ꝯſuetudinē iudo
rū. d' q̄ tal dat̄ regla. Accipe lunā q̄cūqȝ eſt
ī feſto epħie. ⁊ ꝓfice illā ꝓcedēdo ꝑ dies ka/
lēdarij ordīate vſqȝ ad .xl. dies. ⁊ ſi fuerit biſ
ſextꝯ vſqȝ ad .xlj. ⁊ ī p̄rio die dn̄ico ſubſequē
ti erit initiū ſeptuageſime. Vn̄ v̄ſus. A fe/
ſto ſtelle numerādo ꝓfice lunā. Xl. dies pꝯ
ſeptuageſima fiet. Biſſextꝯ qn̄ fuerit ſupad
dit vnꝯ. Si cadat ī lucē dn̄i. tūc ſume ſequē
tē. Si cadat ī feriā ſeptenā ſitqȝ biſſextꝯ. Lin
q̄ diē dn̄i p̄mū ſumaſqȝ ſcd̄m. Habita ergo
ſeptuageſima. termīos aliaꝝ mobilium fe/
ſtiuitatū facile ſcire potes. Nā a ſeptuageſi
ma vſqȝ ad q̄dragelimā ſūt tres ītegre ſepti
mane. a q̄dragelima vſqȝ ad paſca ſūt .vj. ī/
tegre ſeptimane. a paſca vero vſqȝ ad diem
lune rogationū ſūt q̄nqȝ ſeptimane et vnꝯ
dies. a paſchate v̄o vſqȝ ad pētecoſten ꝯpu
tant̄ q̄nq̄es decē dies. Terminū q̄ȝ paſcalē
bis v̄ſibꝯ ſcire potes. Poſt nonas martis.
vbi ſit luna noua require. Tertia lux dn̄i p̄ri
ma paſca tenet. Rurſus vbicūqȝ poſt .xij.
kalēdas ap̄lis lūa .xiiij. reperit̄. in dn̄ica p̄ria
paſca celebrat̄. Itē q̄liſcūqȝ lūa fuerit ī ka/
lēdiſ ianuarij talē faceā in feſto ſcti bn̄dicti
ſiue .xij. kl' ap̄lis. Et illā cōputes vſqȝ ad .xx/
iiij. et ibi erit paſca hebreoꝝ. Rurſꝯ ab .viij.
ydus martij vſqȝ ad nonas ap̄lis ſunt dieſ
xxix. q̄cūqȝ ergo illoꝝ luna fuerit p̄ma com
putet̄ vſqȝ ad .xiiij. et ibi erit paſca hebreoꝝ.
Eſt etiā et alia rō inueniendi paſca ꝑ etatē
lune. q̄niam qn̄ luna currit ꝑ .j. erit paſcha
dn̄ica p̄ma poſt nonas aprilis. qn̄ currit ꝑ
ij. erit dn̄ica p̄ma pꝯ .viij. kl' ap̄l'. qn̄ currit ꝑ
iij. erit dn̄ica p̄ma pꝯ ydꝯ ap̄lis. qn̄ ꝑ .iiij. erit
dn̄ica p̄ma pꝯ .iiij. nonas ap̄lis. qn̄ ꝑ .v. erit
dn̄ica p̄ma pꝯ .xj. kl' ap̄lis. qn̄ per .vj. erit do
minica prima pꝯ .iiij. ydꝯ ap̄lis. qn̄ ꝑ .vij. erit
dn̄ica p̄ma pꝯ .iij. kl' ap̄lis. qn̄ ꝑ .viij. erit do/
minica p̄ma poſt .xiiij. kl' maij. qn̄ ꝑ .ix. erit
dn̄ica p̄ma pꝯ .vij. ydꝯ ap̄lis. qn̄ ꝑ .x. erit dn̄i/
ca p̄ma poſt .vj. kl' ap̄lis. qn̄ ꝑ .xj. erit dn̄ica
p̄ma poſt .xvij. kal' maij. qn̄ ꝑ .xij. erit dn̄ica
p̄ma poſt p̄die nonas ap̄lis. qn̄ per .xiij. erit
dn̄ica p̄ma poſt .ix. kal' ap̄lis. qn̄ ꝑ .xiiij. erit
dn̄ica p̄ma poſt .ij. ydus ap̄lis. qn̄ ꝑ .xv. erit
dn̄ica p̄ma poſt kal' ap̄liſ. quādo ꝑ .xvj. erit
dn̄ica p̄ma poſt .xij. kl' ap̄lis. qn̄ ꝑ .xvij. erit
dn̄ica p̄ma poſt .v. ydꝯ ap̄lis. qn̄ ꝑ .xviij. erit
dn̄ica p̄ma poſt .iiij. kal' ap̄lis. qn̄ ꝑ .xix. erit
dn̄ica p̄ma poſt .xv. kal' maij. Tabulas
inſup manuales nōnulli ad inueniēdos pa
ſcaleſ termīos ꝯfecere. ſic dioniſiꝯ yſidorꝯ ⁊
q̄dā alij. q̄s ad p̄ſens duximꝯ dimittendas
ne difficultas ſit nimiū oneroſa. Ad p̄ſens
igitur ſufficiant carmina infraſcripta. Eſſe
grauē nobis bello harnē haucamꝯ. Bellū
ſepe gerens et puto deijcit hoſtē. Mox aīe
lucrū inuenies cū religioſis. In iſtis verſi
bus ſūt .xix. dictōes .xix. ānis cicli lūaris ſer/
uiētes. p̄ma p̄mo. ſcd̄a ſcd̄o. et ſic ꝑ ordinē.
ſūpto initio a primo āno cicli. et q̄ta fuerit
p̄ma lr̄a dictionis in ordine alphabeti que
nō d̄ſinat ī m. tota die ap̄lis ꝯputādo a mē
ſis p̄ncipio v̄ſus finē erit terminꝯ paſce he/
breoꝝ .i. luna .xiiij. et ī p̄ria dn̄ica ſubſeq̄nti
erit paſca noſtrū ſic ī p̄te .vj. ſub tractatu de
paſca plene dictū eſt. Ibi etiā p̄ȝ q̄re ſup .vj
kalēdas ap̄l' ſcribit̄ ī kalēdario. reſurrectio
dn̄i. Si v̄o dictio deſinit ī m. q̄ta erit eiꝯ pri/
ma lr̄a in alphabeto tota die martij cōputā
do a menſ fine v̄ſus p̄ncipiū erit terminus
paſcalis iudeoꝝ. ⁊ ī p̄mo die dn̄ico. qui po/
ſtea occurrerit deſcendēdo verſus finē erit
paſca noſtrū. h cautꝯ obſeruando q̄ harſ
nē et haueamꝯ in p̄fatis verſibꝯ debent ſcri
bi ꝑ h. ⁊ hoſtē debet ſcribi ꝑ h. q̄ ī h loco pro
lr̄a reputat̄. Poteſt etiā et aliter paſcha
facile inuenire. Pone enī ī kalēdario tuo in
margine aureū numerū ſeq̄ntē vīȝ iuxta .ij
kal' ap̄lis. pone .xvj. iuxta .xj. kal' pone .v. iux
ta .ix. kal' .xiij. iuxta .viij. kal' .ij. iuxta .vj. kal .x.
iuxta .iiij. kal' .xviij. iuxta .iij. kal' .vij. Itē iux
ta kal' ap̄lis .xv. iuxta .iiij. nonas ap̄lis .iiij.
iuxta .ij. nonas .xij. iuxta nonas .j. iuxta .vij.
ydꝯ .ix. iuxta .v. ydus .xvij. iuxta .iiij. ydus .vj
iuxta .ij. ydꝯ .xiiij. iuxta ydꝯ .iij. iuxta .xvij. kl'
maij .xj. iuxta .xv. kal' .xix. iuxta .xiiij. kal' .viij.
Volēs ergo terminum paſce inuenire adde
vnū ānis dn̄i. tūc currentibꝯ. poſtea diuide
ipſos quotiens poteris per .xix. ⁊ ſi diuiſio
ꝑficiatur ī .xix. ita q̄ nil ſuperſit recurre ad

kalendariũ tuũ. ⁊ i die illa iuxta quã inueni-
es ſcriptũ .xix. erit paſca hebreoꝝ. qḋ ſemꝑ ce-
lebrãt i .xiiij. luna. ⁊ i ſeq̄nti dñica erit paſca
noſtꝝ. Si vò aliq̄ḋ ſupſit ſuꝑ vltiã .xix. pu-
ta .v. vl .x. vl .xv. dies. nũc paſca hebreoꝝ erit ĩ
die illa. iuxta quã ſcriptũ inuenies .v. vl .x. l .xv.
et ſic de alijs ꝑmiſſis numeris ⁊ diebꝰ. ⁊ in
ſeq̄nti dñica erit paſca noſtꝝ. qḋ ñ pt eſſe añ
.xj. kal. aplis. nec pꝰ .vij. kal. maij. Verbi grã
Hoc ãno ꝯputat ãni dñi milleducẽti octo
gita ſex. q̄ꝝ milleducẽti ſeptuagitatres ſunt
recte diuiſi ꝑ .xix. ſupſũt ergo .xiij. de ꝑmiſſo
numero. q̄bꝰ addit vnꝰ ⁊ fiũt .xiiij. vbi ergo
ĩueneris ĩ tuo kalẽdario hunc numerũ. ibi
erit h ãno paſca hebreoꝝ. In ſeq̄nti vò an-
no erit vbi ĩuenies ſcriptũ .xv. ⁊ ſic vſq3 ad .xix.
Poſtea vò redit ad ꝑmũ. et ſic ꝑpetuo fiet
Per eũdẽ q3 modũ poteris terminũ ſe-
ptuageſime ĩuenire. Pone eĩ ĩ kalendario
tuo ĩ margine iuxta .xvi. kal. februarij hunc
numeꝝ .viij. Itẽ ĩ eadẽ linea pone .xvj. Iux-
ta .xv. kl. febru. pone .v. iuxta .xiij. kal. .xiij. iux-
ta .xij. kl. .ij. iuxta .x. kal. .x. iuxta .vij. kalendas
.vij. iuxta .v. kal. .xv. iuxta .iiij. kal. .iiij. iuxta .ij.
kal. .xij. Itẽ iuxta kal. februarij .vnũ. Item
ĩ eadẽ linea .xviij. Itẽ iuxta .iij. nonas febru
arij .ix. iuxta nonas .xvij. iuxta .viij. ydus fe-
bru. .vj. iuxta .vj. ydꝰ .xiiij. iuxta .v. ydꝰ .iij. iux-
ta .iij. ydꝰ .xj. iuxta ydꝰ .xix. Diuiſis ergo an-
nis dñi ꝑ .xix. vt ꝑmiſſũ ẽ vide q̄s numerus
ſupeſt ſuꝑ .xix. ⁊ vbi illũ ĩ ipo kalẽdario ĩue
neris erit ibi terminꝰ ſeptuageſime q̄ ſpẽ in
luna .x. ⁊ in ſeq̄nti dñica ſeptuageſimã cele-
brãtꝰ q̄ nõ pt eẽ ante .xv. kal. februarij. nec pꝰ
.ix. kal. martij. ſic nec q̄drageſima pt eẽ ante
.vj. ydꝰ. febru. nec poſt .ij. ydꝰ martij. Eodez
etiã mõ terminꝰ pente. ĩueniri pt. pone eniz
in tuo kalendario in magine iuxta .vij. idꝰ
maij .xvj. iuxta .vj. ydus .v. iuxta .iiij. ydꝰ .xiij
iuxta .iij. ydus .ij. iuxta ydus .x. Item iuxta
.xvij. kal. iunij .xviij. iuxta .xv. kal. .vij. iuxta.
.xiij. kal. .xv. kal. iuxta .xij. .iiij. iuxta .x. kalẽ. .j.
iuxta .vij. kalẽdas .ix. iuxta .v. kal. .xvij. iuxta
.iiij. kal. .vj. iuxta .ij. kal. .xiiij. Item iuxta kal.
iunij .iij. iuxta .iij. nonas .xj. iuxta nonas .xix
iuxta .viij. ydus .viij. Diuiſis ergo ãnis do-
mini ꝑ .xix. numerũ illũ q̄ ſupererit ſuper .xix.
querere in ꝑmiſſis locis kalendarij. ⁊ vbi illũ
ĩueneris. ibi erit pente. hebreoꝝ. qḋ ſemꝑ ẽ ĩ
luna q̄rta. et ĩ ſeq̄nti die dñica erit penteco-
ſte noſtrum. qḋ non poteſt eſſe ante .vj. ydus
maij. nec poſt ydꝰ iunij. ſicut nec rogatiões
eſſe poſſũt ante .vj. kal. maij. nec poſt .iij. kal.
iunij. Poteſt etiã paſca alit ĩueniri ꝑ hanc
tabulã ſeq̄ntem .v. .xxv. .xiij. .ij. .xxij. .x. .xxx. .xviij.
.vij. .xxvij. .xv. .iiij. .xxiiij. .xij. .j. .xxj. .ix. .xxix. .xvij. Iſti
numeri repñtant q̄ſdam dies aplis et mar-
tij. in q̄bꝰ ꝯtingit paſca hebreoꝝ ꝯputando
dies illos a ꝑncipio ipoꝝ mẽſium. ita q̄ ipi
numeri a viginti infra rñdeant apli. a vigĩ
ti ſupra martio. Hoc ergo vult dicere hec
tabula. q̄ in ꝑmo anno cicli lunaris eſt pa-
ſca hebreoꝝ in q̄nta die intrãtis aplis. in ſe
cũdo ãno eiuſdẽ cicli ẽ ĩ .xxv. die intrãtis mar-
tij. ⁊ ſic ḋ alijs. donec numeri ipiꝰ tabule cõ
pleant. Poſtea reditur ad ꝑmũ annũ cicli
Qualit aũt ĩueniãt ãni cicli. dictũ eſt ſupra
vbi agit de epacta. Quare feſta ſaluatoris
excepto feſto natalis ſunt mobilia dictũ ẽ in
.vj. ꝑte ſub feſto natal. Vltimo nota ſm yſi-
doꝝ q̄ ĩter latinos ⁊ grecos ẽ varietas ſuꝑ
termĩo feſtiuitatis paſcalis. qḋ ꝓueñit q̄ꝛ la-
tini a .iij. nonas martij vſq3 ĩ .iij. nonas apl.
ꝑmi menſis lunã inquirũt. ⁊ ſi .xv. luna die
dñica ꝓuenerit in aliã dñicã paſca protra-
hũt. vt ꝑmiſſũ ẽ. Greci vò obſuãt ꝑmã3 lu-
nã ab .viij. ydus martij vſq3 in diez nonam
aprilis.

De ciclis quid ſint et quot ſint.

Quia ĩ pleriſq3 hꝰ
partis locis de ciclo mentio facta
eſt. ideo de ciclo aliq̄ua dicamus
Notandum eſt ergo q̄ ciclus eſt ſpacium
aliquoꝝ annoꝝ in ſe rediens ſm aliq̄s nu-
meros. et dr̄ quaſi circulus ꝑ duplicem ſin
copam. Eſt enĩ ciclus vocatꝰ. eo q̄ in orbez
digeſtus ſit. et quaſi in circulum diſpoſituz
ordinem cõplectat annoꝝ ſine varietate et
ſine arte. Sunt aũt ſex cicli. Primus ſola-
ris incipiens in .vj. kalend[illegible]artij ĩ feſto
mathie. ꝯſtãs ex .xxviij. annis ꝯunẽs cõcur
rentes et regulares ſolares et lrã[illegible] domini
cales. ⁊ ãnos biſſextiles ⁊ ꝯmunes. Scdus

eſt ciclus decẽnouenalis. ꝯſtãs ex .xix. ãnis
et icipit a ianuario ꝯtinẽs i ſe aureū nume
rū ⁊ claues terminoꝝ. Terti⁹ ē ciclus luna
ris incipiẽs ſil'r a ianuario hñs .xix. annos.
Incipit ãt .iiij. ãno cicli decẽnoualis. Hūc
iuenerūt romani vt ſcirẽt q̄ hora luna a ſo
le accederet. Sz q2 pceſſu tpis hͦ iuẽtio falſi
ficata ē. nihil opamur ſm hūc ciclū. Quar
tus ē epactalis icipiẽs .v. kl' ſeptẽbris. hñs
ſil'r ãnos .xix. ꝯtinẽs i ſe reglãres lunares et
epactas ⁊ ãnos cões ⁊ emboliſmales. Qui
tus ē ciclus magn⁹ ꝯſtãs ex q̄ngẽtis trigi
taduob⁹ ãnis. Vel ſm alios q̄ngẽtis trigi
ta ãnis. ſm quē formatur tabula dyoniſij.
Sext⁹ eſt ciclus inditionalis ꝯſtans ex .xv.
ãnis. ⁊ ꝯtinet inditões. Romani cū q2 diffi
cile erat de remotis mūdi ptib⁹ veñre ſingu
lis ãnis romã ad ſoluẽda tributa p eos p
uincijs indicta. ſtatuerunt q2 ſaltē ſingulis
q̄nquẽnijs ſoluerent. ita q2 pmo q̄nquẽnio
apportaret̃ p tributo ferrū p fabricandis ar
mis. In ſcḋo q̄nquẽnio argẽtū p ſtipẽdijs
militibus erogãdis. In tertio aurū pro ſi
mulacris fabricãdis. et ſic ſp poſt aurū qḋ
in anno .xv. ferebat̃ incipiebat q̄nquennū
q̄ ferrū iteꝝ ſoluebat̃. et ſic erat q̄ſi qḋã circu
lus tpis. Quia ergo romani ſic fieri indixe
rūt. iḋo illi ãni inditio nūcupati ſūt. ḋ quo
dictū ē ſupra. Premiſſum ãt ſpaciū .v. ãno
rū vocatū eſt luſtrū. q2 venictib⁹ nūcijs p
uinciaꝝ cū tributo cū ceteris ⁊ alijs pcioſis
ſuptib⁹ vrbem luſtrabãt.

Finalis concluſio huius libri.

NEmo in hoc ope
re diuina officia ſufficienter exiſti
met eē expoſita. ne forte opus extol
lẽdo hūanū. diuinū improuide extenuet ſa
cramētū. In diuinis nãqz officijs pſertim
miſſe tot ⁊ tãta ſūt inuoluta miſteria. vt ne
mo niſi p vnctionez edoctus ea ſufficiat ex
plicare. Quis enī nouit ordinē celi et ponet
rōnes e9 in terra. Scrutator q̄ppe maieſta
tis opprim[illegible]a. Ego vō nō pualẽs lippi
entib⁹ oculis ſolē i rota ꝯſpicere. tãti miſte
rij mai[illegible]atē q̄ſi p ſpeculū z i enigmate mihi
viſus ſum intueri. nec penetrãs ad iteriora
cenaculi. ſed p foris⁹ aſſidẽs i veſtibulo egi
diligent' vt potui nō ſufficient' vt volui. cū i
hūanis inuẽtionib⁹ nil ſit ex oī pte pfectū.
Sepe. ppt innumeras atz ievitabiles negocio
rū aplice ſedis inuūctas neceſſitudines. q̄tiꝫ
die more fluctuū emergẽtes. q̄ ſtudentis et
ad ſupiora tẽdẽtis obtundūt animū. q̄ſi p
plexus atz varijs et ineuitabilib⁹ irretitus
nexibus vacare ad plenū nequiui vt vellez
q̄nimo vix valui meditata dictare nedū cō
cipere meditãda. Nam cuiuſqz anim⁹ ad
plura diuiſus fit pfecto ad ſingula minor.
Quocirca nō ſolū benignū ſedulo iploro
lectorē. verūenã liberū deſidero correctorē.
Enimuero negare nequeo. q̄n plura inſer
ta ſint in hoc opuſculo q̄ poſſūt iuſto iudicio
nulla temeritate culpari. Verū ſi qḋ forte
laude dignū reperiet in eo diuine grē peni
tus aſcribat̃. Nã omne datū optimū. et oē
donū pfectū deſurſū eſt deſcendẽs a patre
luminū. Si qḋ vō indignū. inſufficiẽtie de
putet̃ hūane. Nam corp⁹ qḋ corrumpit̃ ag
grauat aĩaz. et dep̄mit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitantē. Alij ſiqdem ppria
aut eoꝝ fortaſſis q̄2 dicta plerūqz pot'⁹ re
citando q̄z approbando hic introducta no
ſcuntur. Hec enim tam ex diuerſis aliorum
libellis ⁊ commẽtarijs more mellificantis
apis q̄z ex his q̄ mihi diuina grã ppinauit
fructuoſe collegi. et hanc doctrinã interno
fluentem nectare. velut fauū mellis in diui
nis officijs ſpeculari volentib⁹ diuino ſuf
fultus pſidio ppinaui. hãc ſolū apḋ hoĩes
ex ingenti perpeſſo labore mercedem expe
ctans. vt apud miſericordiſſimum iudicez
pro peccatis meis deuotas orationes effū
dant.

Explicit rationale di
uinoꝝ officioꝝ Impreſſum argentine
Anno domini .M.cccc.lxxxvj. Finitum
quinta feria poſt diem ſancti kiliani.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Ex. mutilado faltando a fl. a fl. A, e tendo cortadas na margem as fls. 198 a 201
Devia ter 263 fls; tem apenas 262.